170	Herodno cap.	—	—	—

190	Horodyszcze cap.	—	—	—
155	Hoża par.	Grodna et Hoż. Woł. Praw.	4 5563	
150	Idołta cap.	—	3	—
148	Ikaźń par.	Brasław Caun. g.	3 6228	
153	Indura par.	Indura	5 4704	
152	Intnrki par.	Kolesniki par.	5 4000	
169	Iszczołna par.	Malaty	5 3895	
156	Iwanowo Janowo par. Kobr. dek.	—	3 1865	
192	Iwje par.	Iwje par.	2 10200	
187	Izabelino cap.	—	—	—
156	Jabłonów cap.	—	—	—
195	Jałówka	—	—	2399
152	Janiszki par.	Podbrodzie	5 4506	
172	Janów par.	Janów	4 7320	
163	Jasienowicze par.	—	—	—
142	Jusienówka par.	Knyszyn	3 2446	
193	Jatołtowicze cap.	—	—	—
158	Jelna par.	Nieman—Sielce.	5 3200	
154	Jeziory par.	Jeziory	4 1700	
161	Jezno par.	Jezno	4 5415	
182	Jewje par.	Jewie	4 4195	
142	Juchnowiec par.	Białystok et Łewicka.	5 3669	
175	Kaczergiszki cap.	—	—	—
142	Kalinówka par.	Knyszyn	5 3210	
147	Kamieniec—Lithuan. par.	Kamieniec—Lith.	4 2423	
160	Kamień cap.	—	—	—
155	Kamionka par.	Miłkowszczyzna	5 2620	
149	Kamionpol cap.	—	—	—
192	Karczowałka cap.	—	—	—
190	Karolin fil.	—	—	—
154	Kaszubince cap.	Skindel	—	—
179	Kiemieliszki par.	Podbrodzie	5 4375	
187	Kiernowo par.	Mejszagoła.	5 3087	
181	Kietowiszki par.	Zyżmory	4 5134	
151	Kiewkle fil.	Szylwinty	4 2184	

167	Kiwiatyce par.	Tewli	876
145	Kleszczele	Kleszczele	583
196	Klewica eap.	—	—
179	Klusczany	Święciany	3224
191	Kniahin cap.	—	—
141	Knyszyn par.	Knyszyn	3775
156	Kobryń par.	Kobryń	46030
178	Kobylniki par.	Kobylniki	39490
185	Kojrańy cap.	Ejszyszki	4587
168	Kolęsniki	Ejszyszki	5466
177	Kołtyniany par.	Nowo-Śmieciany	54587
175	Komaje par.	Kamaje	36424
179	Konstantynow par.	Swir	3269
150	Konstantynowo fil.	—	3279
193	Konwaliszki par.	Bieniakonie	53345
176	Korkożyszki par.	Podbrodzie	53979
152	Korwie par.	Majszagoła	52173
174	Korycin par.	Janów	58316
190	Kościeniewicze pał.	Kościeniewicze	45500
171	Kossowo par.	Kossowo	51619
148	Kotowicze cap.	—	1634
154	Kotra cap.	Skidel	1646
182	Kowale par	Kroki	53324
190	Kowieniewo cap.	—	4263
182	Kozakiszki fil.	Jewje	3222
149	Kozłowsk cap.	—	—
196	Kraśna cap.	—	—
163	Kraśniany cap.	—	—
154	Kraśnik cap.	—	—
157	Krasula cap.	—	—
165	Krewo	Krewo	6179
184	Krukowszczyzna cap.	—	—
157	Krupy fil	—	—
176	Krykiany cap.	—	—
155	Krynki par.	Krynki	59903
141	Krypno fil.	—	1800
194	Krzemilnica par.	Zielwa	313121
191	Krywicze par.	Dołhinow	53223

164	Kubarki cap.	.	Uciany	—				
177	Kukuciszki par.	.	Cann.	g.	5	4773		
190	Kulbaczyn cap.	.	—	—	—	—		
172	Kundzin par.	.	Sokółka	.	4	2000		
166	Kuplin cap.	.	—	—	—	—		
172	Kuźnica par.	.	Kuznica	.	5	5630		
155	Kwasówka par.	.	Indura	.	5	2218		
193	Kwiatkowce cap.	.	—	—	—	—		
151	Łabejki cap.	.	—	—	—	—		
177	Łabonary par.	.	Nowo-Swięciany	.	5	4747		
189	Ławaryszki par.	.	Wilejka	.	4	9947		
193	Łazduny fil.	.	Iwje	.	5	6600		
144	Łubin par.	.	Bielsk	.	4	2014		
163	Łuczaj par.	.	Duniłowicze	.	4	7620		
156	Łunna par.	.	Łunna	.	5	2277		
149	Łużki par.	.	Łużki	.	5	2612		
177	Łyngmiany par.	.	Nowo-Swięciany	.	5	4262		
175	Łyntupy par.	.	Łyntupy	par.	3	6564		
154	Łachnowo cap.	.	—	—	—	—		
157	Lack par.	.	Sczuczyn	.	4	6000		
191	Lebiedziewo par.	.	Mołodeczno	.	5	2412		
156	Lida par.	.	Lida	.	2	15492		
193	Lipniszki par.	.	Bastuny	.	4	8000		
187	Lubowo cap.	.	—	—	—	—		
197	Maczulna cap.	.	—	—	—	—		
	Mała — Brzostowica							
155	cap.	.	—	—	—	—		
170	Małe—Soleczniki fil.	.	Jaszuny	.	—	2700		
151	Malaty par.	.	Malaty	.	4	6713		
150	Malkowszyczna cap.	.	—	—	—	6663		
191	Malinowszczyzna cap.	.	—	—	—	—		
144	Milkowicze cap.	.	—	—	—	—		
164	Mańkowicze cap.	.	—	—	—	—		
159	Marcinkańce fil.	.	Marcinkańce	.	—	5075		
154	Masalany cap.	.	—	—	—	—		
187	Mejszagoła cap.	.	Mejszagoła	.	4	5400		
176	Melegiany par.	.	Hoduciszki	.	4	4384		
159	Merecz par.	.	Merecz	.	3	6514		

163	Miadzioła par.	Miadzoła	4	5650
189	Michaliszki par.	Michaliszki	5	3160
159	Michniuny cap.	—	—	—
167	Miedzylesie cap.	—	—	—
196	Miedzyzecz	—	—	3023
155	Mikielewszczyzna cap.	—	—	—
149	Miory par.	Miory	4	5075
156	Mołodowo cap.	—	—	—
170	Montwiłowszczyzna cap.	—	—	—
148	Mosarz par.	Mosarz	3	7042
156	Mosiewicze cap.	—	—	—
155	Mosty par.	Mosty	4	4257
169	Możejkow cap.	—	—	—
195	Mscibow par.	Wołkowysk	4	3610
166	Murata—Oszmianka par.	Oszmiana	5	4500
187	Musniki par.	Musniki	4	3583
168	Nacza par.	Raduń	4	7702
193	Naliboki par.	Iwieniec Minc. g.	5	6882
145	Narew par.	Bielsk.	5	2534
182	Narowy cap.	—	—	—
158	Nieciecz par.	Nieman Sielec	5	2773
159	Niedzingi par.	Orany	3	2938
186	Niemenczyn par.	Bezdany	2	7382
146	Niemirów par.	Wysoko-Lith.	—	1445
162	Niemonajcie par.	Olita	5	3000
162	Niemioniuny par.	Jezno	5	3200
178	Niestaniszki par.	Swir	4	4700
142	Niewodnica par.	Białystok.	5	3236
154	Nowa-Ruda cap.	—	—	—
179	Nowodwor par. Soc. d.	Sidra	5	3330
156	Nowosady cap.	—	—	—
185	Nowo-Wilejsk cap.	—	—	—
157	Nowydwor par.	Szczuczyn	3	5650
191	Obodowce cap.	—	—	—
154	Obremszczyzna cap.	—	—	—
173	Odelsk par.	Odelsk	5	5795
161	Olawa fil.	Olita	—	3080

150	Olany cap.	Giedr. d.					
164	Olany cap.	Oszm. d.					
175	Olechniszki cap.	.					
155	Oleszkowicze cap.	.					
161	Olita par.	.	.	.	Olita	.	4 2828
160	Olkieniki par.	.	.	.	Olkieniki	.	3 9686
191	Olkowicze par.	.	.	.	Ilja	.	4 6600
160	Orany fil.	.	.	.	Orany.	.	— 5912
171	Orlino cap.	.	.	.			
191	Ościukiewicze cap.	.	.	.			
170	Ossowo par.	.	.	.	Bastuny	.	5 4170
149	Ostrow cap.	.	.	.			— 4170
146	Ostrożana par.	.	.	.	Siemiatycze.	.	5 3310
164	Oszmiana par.	.	.	.	Oszmiana	.	1 1058
166	Oszmianka-Murata	.	.	.	Oszmianka	.	5 4500
164	Parafianow par	.	.	.	Dokszycy Minsc. g.	.	4 6829
157	Perepeczyce cap.	.	.	.			
148	Prosiłkowicze cap	.	.	.			
146	Pierlejewo par.	.	.	.	Ciechanowiec Gr. g.	.	5 6296
196	Pieski par.	.	.	.	Pieski	.	5 1020
161	Piesztowiany cap.	.	.	.			
161	Pioszuny par.	.	.	.	Butrymance	.	4 4995
187	Plikiszki cap.	.	.	.			
144	Pobikry par.	.	.	.	Ciechanowiec Gr. g.	.	4 1812
150	Podbrzeź fil	Giedr.	.	.	Podbrzeź	.	— 7000
179	Podstarzyń cap.	.	.	.			
168	Podzitwa cap.	.	.	.			
149	Pohost par.	.	.	.	Nowy Pohost	.	4 4980
181	Połomień cap.	.	.	.			
180	Połuknia cap.	.	.	.	Łandwarowo	.	5 —
176	Polusze par.	.	.	.	Ignalino	.	— 2719
164	Polany cap.	.	.	.			
179	Pomoszcze cap.	.	.	.			
185	Ponary cap.	.	.	.			
153	Poniemuń cap.	.	.	.			
182	Poporcie cap.	.	.	.			
195	Porozowo par.	.	.	.	Porozowo	.	3 7790
189	Porudomino fil.	.	.	.			— 2369

175	Porynga cap.	.	.	.	—	—	7535
153	Porzecze fil.	.	.	.	Porzecze	.	3193
149	Porżyn cap.	.	.	.	—	—	—
164	Postawy par.	.	.	.	Postawy	.	43050
166	Proniuny cap.	.	.	.	—	—	3235
149	Prozoroki par.	.	.	.	Prozoroki	.	45547
166	Prużana par.	.	.	.	Prużana	.	32027
189	Pryciuny cap,	.	.	.	—	—	2593
164	Przegrodzie cap.	.	.	.	—	—	—
159	Przełaje fil.	.	.	.	Orany	.	2750
155	Przełom cap.	.	.	.	—	—	—
175	Przyjaźń fil.	.	.	.	Ignalino	.	3086
144	Pulsy cap.	.	.	.	—	—	3090
160	Punie par.	.	.	.	Butrymance	.	33132
174	Raczkowszczyzna cap.	.	.	.	—	—	—
166	Raczuny cap.	.	.	.	—	—	—
190	Radoszkowiczo par.	.	.	.	Radoszkowicze	.	34106
168	Raduń par.	.	.	.	Raduń	.	310000
149	Rzeczki cap.	.	.	.	—	—	—
171	Reginowo cap.	.	.	.	—	—	—
195	Repla par.	.	.	.	Łuna	.	45430
183	Rossa cap.	.	.	.	—	—	—
197	Roś par.	.	.	.	Roś	.	51387
159	Kotnica fil.	.	.	.	Druskieniki	.	2865
167	Rowno cap.	.	.	.	—	—	—
151	Rozaliszki cap.	.	.	.	—	—	3657
158	Rożanka par. Lid. d.	.	.	.	Szczuczyn	.	54001
194	Rożesław cap.	.	.	.	—	—	—
189	Rubno cap.	.	.	.	—	—	—
152	Radessa cap.	.	.	.	—	—	—
146	Rudka par.	.	.	.	Brańsk	.	53175
182	Rudniki par.	.	.	.	Jaszuny	.	53387
146	Rudka cap.	.	.	.	—	—	—
178	Ruskie Sieło cap.	.	.	.	—	—	—
171	Różana par. Slon. d.	.	.	.	Różana	.	51962
148	Rużmonty cap.	.	.	.	—	—	—
183	Rykonty fil.	.	.	.	Landwarowo	.	1577
188	Rzesza cap.	.	.	.	—	—	—

190	Serwecz cap.	—	—	—	—
174	Sidra par.	Sidra	5	3000	
167	Sichniewicze par.	Kartuż-Bereza	4	2365	
167	Sielce cap.	Sielce	—	1463	
167	Sieliszczce cap.	—	—	—	
146	Siemiatycze par.	Siemiatycze	5	4800	
176	Sieniszki fil.	—	—	—	
154	Skidel cap.	—	—	—	
152	Skoduciszki fil.	—	—	—	
181	Skorbuciany cap.	—	—	—	
166	Słobudka cap.	—	—	—	
170	Słonim par.	Słonim.	9	12600	
	” Monast. Monial.	Słonim.	—	—	
165	Smargonie fil.	Smargonie	—	4376	
181	Soboliszki cap.	—	—	—	
173	Sokolany par.	Sokółka.	5	3817	
172	Sokulka par.	Sokółka.	4	11285	
188	Sokołojskie cap.	—	—	—	
170	Soleczniki par.	Bieniakonie	5	4650	
165	Soły par.	Soły	4	7385	
177	Sorokpol par.	Podbrodzie	5	1990	
174	Stanisławow cap.	—	—	—	
169	Stankiewicze cap.	—	—	—	
163	Stara Żosna cap.	—	—	—	
180	Stare troki par.	Troki	3	7170	
173	Staro-Kamienna cap.	—	—	—	
191	Starzynka cap.	—	—	—	
149	Stefanowo cap.	—	—	—	
177	Styrnie cap.	—	—	—	
193	Stoki cap.	—	—	—	
161	Stokliszki par.	Jezno	4	7251	
146	Strabla par.	Bielsk	5	1880	
178	Straczanka cap.	—	—	—	
197	Strubnica par.	Pieski.	5	2358	
174	Strunojcie par.	Swienciany	5	3796	
193	Subotniki par.	Żemłosław	5	5565	
172	Suchowola par.	Suchowola	4	11295	
187	Suderwa	Wilno	4	4275	

180	Sumiliszki par.	.	Troki	3	6616
141	Supraśl fil.	.	Supraśl	—	1216
143	Suraż par.	.	Łapy	5	2776
194	Surwiliszki par.	.	Żemłosław	4	3843
186	Sužauy fil.	.	Podbrodzie	—	3087
174	Swienciany par.	.	Swenciany	1	15763
178	Swir par.	.	Swir.	3	6800
179	Swiranki par.	.	Michaliszki	4	4453
196	Swisłocz par.	.	Swisłocz	4	4598
180	Szajkuny cap.	.	—	—	—
149	Szarkowszczyzna fil.	.	Nowy Pahost.	—	2513
152	Szawlany cap.	.	—	—	—
157	Szczuczyn par.	.	Szczuczyn.	4	2725
178	Szemietowszczyzna	.	—	—	2900
167	Szereszewo par.	.	Szereszewo	3	2900
151	Szeszole par.	.	Szyrwinty	4	2896
150	Szeszołki	.	—	—	—
173	Szudziałvw.	.	Kryńki	—	3287
196	Szydłowice	.	Wołkowysk.	4	5240
186	Szyłany cap.	.	—	—	—
175	Szylwa cap.	.	—	—	—
150	Szyrwinty par.	.	Szyrwinty.	3	8015
188	Taboryszki par.	.	Jaszuny	4	8819
182	Tolejkiszki cap.	.	—	—	—
163	Teresdwor cap.	.	—	—	—
195	Tereszki cap.	.	—	—	—
144	Topczewo par.	.	Brańsk	4	4479
194	Traby par.	.	Holszany	4	4550
180	Troki par.	.	Troki.	1	9133
158	Trokiele par.	.	Bastuny	5	4264
147	Trościanica cap.	.	—	—	—
141	Trzciany par.	.	Trzciany	3	8770
188	Turgiele par.	.	Jaszuny	3	10748
142	Turośń par.	.	Białystok	4	3467
176	Twerecz par.	.	Widzy Caunen. g.	4	7545
150	Udział par.	.	Głębokie	5	3721
143	Uhowo fil.	.	Łapy	—	1356
149	Ulin cap.	.	—	—	—

154	Usnarz fil.	Krynki	2080
148	Uzmiony cap.	—	—
181	Użugość par.	Wysoki Dwor	4 5500
180	Wakka	Landwarowo	—
168	Wasiliszki par.	Wasiliszki	3 10282
141	Wasilków fil.	Wasilków	4230
169	Wawiorka par.	Wasiliszki	4 7320
158	Waszkiewicze par.	—	—
170	Werenowo par.	Werenowo	5 3075
187	Werki par.	Werki	5 5050
190	Wiazyń fil.	—	—
151	Widzieniszki par.	Malaty	4 5500
	Wielka-Brzostowica		
	cap.	—	—
	Wielki-Dwór. cap.	—	—
154	Wielkie - Ejsymonty	Łunna	4 4290
	par.		
	Wielki-możejków cap.	—	—
150	Walczuki cap.	—	—
182	Wilkiszki cap.	—	—
	Wilno Ecclesia Cathedr.		
183	— par. S. Joan. Bap.		1 6260
183	— par. S. Spiritus.		2 6015
	— cap. Domus Benefic.		—
	— par. ad Portvm		—
183	Ac.		3 10550
	— par. SS. Philippi et Jacobi Ap.		3 10233
183	— 2 cap. in dominibus Incarcerat		—
184	— par. S Raphaelis Arch.		3 19900
	— par. SS. Petri et		2 15000
185	Pauli Ap.		2 8500
	— par. post. PP.		
185	Bernard.		

— par.	Omnium				
185	Sanctorum . . .			1	25900
185	— S. Annae . . .			—	997
184	— S. Georgii M. .			—	—
184	— S. Crucis. . .			—	—
184	— Montis Salwatoris. . .			—	—
186	— S. Catharinae M.			—	—
186	— S. Stephani M.			—	—
	— S. Bartholomaei			—	—
186	Apost. . . .			—	—
186	— S. Nicolai Ep. C.			—	—
146	Winna par. . . .		Ciechanowiec Gr. g.	5	3238
147	Wistycze cap. . .		—	—	—
191	Wiszniew par. . .		Wiszniew . . .	3	7310
178	Wojsłom par. . .		Wojsłom . . .	3	6218
162	Wołkołata par. . .		Duniłowicze . . .	3	6764
194	Wołkowysk par. . .		Wołkowysk . . .	3	8904
195	Wołpa par. . . .		Łunna. . . .	4	2600
189	Worniany par. . .		Worniany . . .	4	8779
188	Worona cap. . . .		—	—	—
169	Woronicze cap. . .		—	—	—
178	Wyholenienty cap. .		—	—	—
147	Wysokie-Lithuan par.		Wysokie-Lithuan.	4	2105
144	Wyszki par		Bielsk. . . .	3	2143
169	Zabłocie par. . . .		Wasiliszki . . .	4	6820
143	Zabłudow par. . . .		Zabłudow . . .	5	8150
194	Zabrzezie par. . . .		Wołożyn. . . .	5	7026
148	Zadoroże par. . . .		Plissa	3	6501
163	Zadziew par. . . .		Postawy	4	4440
156	Zakoziele cap. . . .		—	—	—
179	Zalesie cap. . . .		—	—	—
174	Zalesie par. . . .		Sidra	5	1244
180	Zatrocze cap. . . .		—	—	—
148	Zaucie cap. . . .		—	—	—
171	Zdzięcioł par. . . .		Zdzięcioł . . .	5	10578
196	Zelwa		—	—	2242
150	Zybały fil. . . .		—	—	—

193	Żygunciszki cap.	.	.	—		—	—
190	Żary fil.	.	.	—		—	—
179	Żodziszki par.	.	.	Smorgonie	.	.	4 4610
157	Żołudek par.	.	.	Żołudek.	.	.	3 9739
182	Żosli par.	.	.	Żosli	.	.	4 10174
166	Żuprany par.	.	.	Soły	.	.	5 7547
162	Żyliny cap.	.	.	—		—	—
158	Żyrmuny par.	.	.	Bastuny	.	.	4 5030
182	Żyżmory par.	.	.	Żyżmory	.	.	4 10265



De origine, erection et evolutione dioeceseos Vilnensis.

Epocha III, pars 2.

„Vestra, Poloni respublica non ordine, quo caretis, non regimine, quod contemnitis, sed solo fato regitur“, dixit olim rex Batorius imprecans polonos de proclivie in effrenatas libertates, iurgia et postponitionem legis patriae. Quam inordinationem videns concionator regius Skarga persaepe in comitiis exprobrabat civium abusus: et voce Jeremiae ultimam cladem respublicae praesagiebat. Praesagiis adimpletis, ruinata respublica, disputant historici et politici de malis et mendis, quae huiusmodi ruinam causarunt et ad finem perduxerunt: alii enim defectum ordinis et despectum legis, allii abusum libertatis et „liberum veto“, alii denique Jesuitarum in res politicas intrusionem et denegationem privilegiorum dissidentibus de fide, nec non miseram et despectam sortem subiugatorum plebeorum, tanquam primariam causam interitus, affirmant.

Non est nostrum propositum id genus opiniones discutere solvereque; non praetereundam tamen putamus animadversionem fere omnium rerum paternarum investigatorum, qui principalem causam ruinae Poloniae singulares circumstantias, in quibus

respublica versabatur obstinatamque invidiam hostium vicinorum, in eius perditionem iusidiantium, eorumque immanes incursiones, spoliationes aliaque latrocinia, demonstravit. Crucigeri, Teutoni, Sueci, Russi, Bohemi, Cosaci, Scytae et Tartari — en quam multi in decursu saeculorum non solum regiones, ecclesias aedificiaque, piis operibus et studiis sacra, in Polonia et Lituania spoliabant, cives turmatim trucidabant, vel in servitutem redigebant; sed et omnem conatum salutiferum civium saluti et reformationi reipublicae incumbentium in ipso fomite obtrudebant; imprimebantque mentibus et cordibus degeneratorum tutorum fautorumque effrenatae libertatis semina perniciosa rebellionum, belli civilis rapinae et corruptionis pecuniariae, procliviei ad bacchanalia et turpissimae ignaviae.

Nihilominus tamen vigor et virtus innata genti ope divina sustentant eam et defendant ab interitu extremo; imo in pressura temporum excitant et dirigunt vires civium saluti fidei et patriae devotissimorum. Accidit hoc et post liberationem patriae ab invasione Suecorum et Russorum medio XVII saeculo. Profligatis hostibus e finibus patriae respirarunt cives et ad medendum inflictis vulneribus sese contulerunt; cumque proceres regni in comitiis leges ferment salutiferas, episcopi in suis dioecesisibus necessitatibus et saluti fidelium providebant.

Novimus iam episcopos Sapieham, Pacium, et Kotovicium per litteras pastorales, synodos et censuras cohibuisse crimina moresque restaurasse; sed omnia eorum conamina peremptoria fuere nec radicem malorum peretrinxerunt; quippe quia iis non obstantibns deviatio cleri et populi a semita fidei iustitiaeque, latrocinia et incursiones militum et equitum, surculi praeteritorum malorum, hinc inde erupti et perpatrati conspiciebantur. Desiderabatur itaque restauratio rerum in radice et vir apostolicus,

qui huiusmodi restaurationem inchoaret, inchoatam sustentaret atque ad finem exoptatum perduceret. Virum hunc desideratissimum salutamus in persona episcopi Brzostowii (vide direct. a. 1904). Hic vir mere providentialis opus renovationis morum et disciplinae a tuendis bonis ecclesiasticis ab invasione raptorum et stabienda legum observatione inchoavit. Cum in palatinatu Wilkomiriensi quidam Tiwunus Tyszkiewicz armata manu bona ecclesiastica aggressus fuerit irruissetque crudeliter in plebanum, episcopus aggressorem censuris publicis innodavit; etiam in decanatu Rosanensi ob latrocinia, spoliacionem bonorum ecclesiasticorum et sanguinolentam iniuriam in personam plebani ab equitibus perpatratam, non solum aggressores excommunicatione fulminavit, sed et totum decanatum interdicto ecclesiastico rigorosissimo peretrinxit.

At his minime perteritus Joannes Casimirus Sapieha magnus dux exercitus Lituaniae, maior superbia obstinatione que aggressor bonorum ecclesiasticorum, subditas sibi cohortas tartarorum in bonis episcopilibus et cathedralibus, nullo habito respectu subsidiis eidem a clero pro sustentando exercitu tempore hiberno accepti, collocavit; milites tartari, crudelitate et rapinis notissimi, non solum devastabant bona, sed et subditos incolas atrociter persequebantur, adeo ut oppressi plebei e ruribus suis fugientes in silvis et vicinis pagis sese occultarint.

Quibus permotus episcopus hortabatur paterne Sapieham de iniusta bonorum ecclesiasticorum agressione, non solum habito respectu immunitatis bonorum et personarum spiritualium a quibus libet officiis reipublicae praestandis, sed et ratione tributi hiberni a clero, iuxta conventionem in comitiis factam, persolutae. At Sapieha precibus et admonitioni episcopi minime obtemperavit recusavitque educere cohortas e bonis ecclesiasticis. Itaque spoliabantur

bona ecclesiastica, proventus in dies diminuebantur, aegestas et ruina imminebat non solum clero et subditis ecclesiasticis, sed et ipsis ecclesiis multisque piis institutionibus a clero sustentatis.

Quare immunitati ecclesiae et indemnitati bonorum consulens episcopus post trinam canonicam admonitionem contumacem Sapieham, publico anathemate, in ecclesia cathedrali solemniter promulgato, fulminavit, sententiamque anathematis in omnibus ecclesiis publicari iussit. Quam excommunicationem Sapieha irrisit; convocatisque amicis suis in palatium Antocollense ad coenam poculis, iocis et salvis armorum eadem die irisionem suam manifestavit.

Sed gaudium obstinati Sapiehae breviter patuit. Fulmina anathematis animos omnium concusserunt et perturbarunt et etiam ipsius Sapiehae. Capitulum episcopo addictissimum, partem sui pastoris sequebatur vidensque diminutionem proventuum cathedralium ex bonis ab exercitu spoliatis ecclesiam occlusit, officia divina in ea suspendit, omnemque opem episcopo suppeditavit. Non ita clerus regularis. Monachi Sapieham, protectorem et benefactorem suum offendere timuerunt, proinde publicationem anathematis in suis ecclesiis denegarunt. Inde scandalosa dissensio et contentio non solum inter fideles, sed et inter clerum exorta est. Ipsemet Sapieha vel conscientiae stimulis agitatus, vel damnum famae timens primum regem Joannem Sobiescium et dein primatem Metropolitam gnesensem et sedem apostolicam appellavit enixe rogans, ut ab excommunicatione liberaretur. Concordia coram rege inter utramque partem facta non diu duravit; iudicium et sententiam Metropolitae condemnantem episcopum in absentia, eo quod ipse hominem magnae autoritatis ausus sit excommunicare et ad iudicium non comparuerit, episcopus non agnovit sequre suam causam

etiamsi pane in via emendicato apud sedem apostolicam personaliter defensurum dixit. Et re ipsa mutuata pecunia a capitulo episcopus Romam profectus est atque iniuriam sibi patratam a Sapieha et motiva anathematis in eum promulgati viva voce patefecit. Quibus perpensis collegium cardinalium consulabat ei, ut in posterum mitius ageret cum id genus aggressoribus; ad quaerelas vero Sapiehae respondit admonendo eum, ne bona ecclesiastica sine consensu regis et comitiorum aggredi amplius auderet, initaque concordia cum episcopo, cohortas e bonis ecclesiasticis semoveret resarciretque iniurias et damna episcopo et bonis illata. Uterque huic decreto comparuit. Episcopus semper ad concordiam paratus extendit brachia ad amplectendum suum inimicum; Sapieha vero datis litteris publicis ad omnes praefectos cohortium iussit eos exercitum e bonis ecclesiasticis educere, eaque in posterum ita immunia servare et tutari, ut si essent ipsiusmet propria. Insuper litteris huiusmodi ex suggestu promulgatis atque valvis ecclesiarum affixis invitabantur dispersi plebei, ut ad mansiones suas reverterentur.

Stabilita concordia cum Sapieha episcopus cor suum apposuit ad convocandam synodum dioecesananam. Sed novae clades incursionesque hostium salutiferum propositum ad plures distulerunt annos. Cum enim post Joannem Sobiescium tronum in Polonia possedisset Augustus II, saxonicus dictus, certa pars procerum regni una cum rege Sueciae Carolo XII Stanislau Leszczynscium, polonum, regem Poloniae constituerunt. Exortum fuit bellum civile inter fautores Stanislai Leszczyński et Augusti II; huius partem sustentabat, inter caeteros optimates, et noster Brzostowius et infensissimus Caroli XII inimicus imperator Russiae Petrus, dictus magnus, qui succursum ferens suo pupillo, in ipso ingressu in fines Poloniae, crudeliter in pp. Basilianos Polociae irruit

et aliquot eorum laceravit et trucidavit. In Lituania gladio et igne, rapinis et spoliationibus civium, praecipue Augusto II faventium, Carolus XII firmabat tronum Leszczynscii. Consulens sibi Brzostovius bis Vilna fugiebat ad exterias regiones asportans secum reliquias S. Casimiri. Pastoris exemplum sequebatur et capitulum. In orbata dioecesi dominabantur aggressores et restauratum ordinem post incursionem hostium medio XVII aevo funditus evertebant usque ad annum 1709, quo Carolus XII victus fuit a Petro magno et pax in Polonia regnante Augusto II stabilita. Vae unum transiit, alterum appropinquabat scilicet pestis et fama, filiae belli. Peste et fame oppressi multi obierunt homines: ita ut in superficie 10 milliarium polonicarum vix unus obviaretur homo superstes. Ad alleviandum succurrendumque egenis et moribundis frater tertii ordinis S. Francisci Joannes Jarołowicz, samogita, una cum quinque sodalibus condidit hospitale prope arcem; hi fratres misericordiae in servitio moribundis et in sepultura mortuorum peste infecti morte gloria obierut. Eorum vota secutus sacerdos Lutkiewicz a. d. 1712 instituit notissimam congregationem fratrum Rochitarum ab eppo Brzostowio confirmatam et sustentatam (vide dir. a. 1906).

His in circumstantis impossibile erat convocare synodum dioecesanam; quapropter episcopus, ad feliciora deferens tempora celebrationem synodi, promulgavit epistolam pastoralem a. d. 1710 continentem 19 capita in quibus continebantur sequentia: I de *administratione sacramentorum*: sub poena suspensionis prohibetur baptisma infantium in domibus privatis, plures quam duo patrini non admittuntur, sacramenta gratis conferenda sunt; nomina baptisatis sanctorum conferenda, obstetrices a parochis debent esse approbatae, iudeae non admittuntur; non licet baptisare infantes ex alia parochia. Sanctissi-

mum oclusum servari, intra binas hebdomades renovari; lampas coram eo die noctuque ardere debet; pyxis cooperculo contegatur, interdicitur ne tempore expositionis Sanctissimum in altari maiori per foras ecclesiae ex publica via videatur, ideo tapetis fores tegantur. Ultimo agitur de approbatione et sacramentorum extremae Unctionis et Matrimonii administratione. II *De sacrificio missae*: prohibetur portatio Evangelii osculandi in celebratione missarum saecularibus, similiter et patenae; sine sedis apost. licentia non licet, dignitatibus celebrare missas cum annulo; liber usui quotidiano paratus sit in ecclesia; in quo subscribere se debent sacerdotes missam celebrantes; sine licentia episcopi missas perpetuas accipere sub poena interdicti ab introitu in ecclesiam prohibetur; in fine de rubricis in sacrificio missae servandis proponuntur quaedam regulae. III, *De celebratione in oratoriis et aedibus privatis*. Invalescente abusu circa celebrationem missarum in domibus privatis allegat decretum S. Congregationis de die 15 decembris anno 1703 editum et enixe rogat et mandat ut huiusmodi abusus tollerentur: „expedit magis, ait, ut non audiant sacrum, quam tanto mysterio irreverentia fiat.“ Monet decanos et parochos ut nullum permittant in privatis aedibus celebrare nisi a sede apostolica Indultum ab episcopo subscriptum ostendat. Oratoria debent a domibus privatis esse separata, accessus in eas cunctis pateat. Audientes missas in aedibus privatis personae extraneae diebus sacris praecepto non satisfaciunt, una die in oratoriis privatis plures missae celebrari non debent. IV *De officiis divinis*. Matutinum, unius nocturni defestost diebus festis cantetur in ecclesiis parochialibus in pagis hora 7, in civitatibus hora 6; postea Rosarium, vel officium de B. Maria V. immacul. Conceptione (godzinki); summa inchoatur hora 10 non expectandis quibuscumque. Vesperae utraequae fiant

omnibus diebus festis. V *De sacrosanctis ecclesiis et earum reverentia.* Prohibentur omnes profanae actiones in ecclesiis, nec licet novas ecclesias, altaria, oratoria publica et capellas de novo erigere sine licentia episcopi et sufficienti dote; ligna, lateres, et caementa ex ecclesiis ruinatis ad usus profanos, non sunt adhibenda. Tollitur abusus propinicationis cremati in coemeteriis et potationes diebus festivis; item et venditionis in monasteriis rerum commestibilium; in ecclesiis et sacristiis nil profanum conservari potest. Caemeteria non septa neque clausa interdicto ecclesiastico subiacent. VI *De doctrina Christiana.* Diebus dominicis et festivis ante sacrum aut vesperas docendi sunt pueri caeterique prima fidei rudimenta sub poena suspensionis, si huiusmodi institutio ter et quater continuo omessa fuerit; iisdem diebus recitari debet ante celebrationem missae symbolum fidei, oratio Dominica, Salutatio angelica, Decalogus et praecepta Ecclesiae. Ludimagistri saltem semel in hebdomade praecepta doctrinae in scholis explicitent. VII *De verbi Dei praedicatione.* Nulli sacerdoti licet praedicare in ecclesia sine facultate ab episcopo vel eius vicario generali impetrata. Candorem verbi Dei eloquentiae saecularis fugo non inficere; sed argumentis e S. Scriptura et S. Patrum auctoritate firmare oportet. In sermonibus peccata hominum expugnare et gloriam Dei promovere, non vero doctrinae et inanis facundiae ostentationem affectare sibique plausum adsciscere. Vitia insectari cum circumspectione, ut nequeat populus ex circumstantiis certas personas subintelligere. Allegatur admonitio ad verbi Dei concionatores S. Congregationis concilii 8 Julii 1680. VIII *De editione atque usu librum.* Nullus audeat imprimere librum et folia quaecumque, ubi conclusiones, historiolae, carmina etiam sacra, oratiunculae, indulgentiae, reyelationes, miracula et preces continentur, sine facultate episco-

pi. Mandantes typis libros haereticorum de haeresi tractantes, etiam eos legentes et retinentes excommunicationem summo pontifici reservatam incurunt: allegatur decretum Clementis VIII, de non introducendis novis litaniis praeter eas quae in missali et ritualibus continentur. IX *De sanctorum et dierum festorum cultu.* Chorea, commessationes, ebrietates, ludi et spectacula diebus festivis increpantur, etc. X. *De reliquiis et miraculis sanctorum et imaginibus sacris.* Reliquiae decenter conservari debent, laici eas manu non tangat, in pingendis imaginibus sequatur forma antiqua, sub poena excommunicationis prohibetur promulgatio miraculosae imaginis sine approbatione episcopi. XI *De sacris processionibus et indulgentiis.* Prohibentur processiones cum Smo extra ecclesiam, seclusa octava Corporis Christi, etiam et aliae processiones quavis de causa sine permissione episcopi. Indulgenciae publicari possunt solummodo licentia ab episcopo obtenta. XII *De officio exorcistae,* quo indigentur regulae exorcisandi energumenos eosque discernendi ab aegrotis morbis naturalibus. XIII *De sagis seu Maleficis.* Omnino exigit ut huiusmodi a iudicio ecclesiastico dignoscerentur: et sub poena excommunicationis prohibentur torturae et supernatationes maleficiosorum ante decretum curiae episcopalnis. XIV *De funeribus.* Religiosi non audeant sine permissione parochi mortuos sepelire: nemo parochorum exigat plus iusto pro sepultura. XV *De vita et honestate clericorum.* Prohibetur clero cohabitatio cum mulieribus etiam consanguineis et institutio puellarum iū scientiis saecularibus, item et mercatura, advocatura, lectio impurorum librorum, arma, venationes, choreae, commessationes, lusus alearium etc., commendantur: pietas, sobrietas, modestia, reverentia, obedientia etc. XVI *De parochis.* Commendatur sollicitudo pastoralis circa oves, cura in pacandis et componendis litibus parochianorum et

in decenti sustentatione ecclesiae. XVII. *De rebus non alienandis*, tradit statuta synodi Tridentinae et S. Canonum de conservandis et tuendis bonis ecclesiasticis. XVIII *De ordinandis*, proponit regulas in susceptione ordinum, qua ad mores et scientiam ordinandorum observandas. XIX. *De testamentis*, iudicat modum conficiendi testamentum adhortaturque clerum ne orphanam dimittant ecclesiam, sed pro ea legata faciant ex bonis et proventibus suis. In appendice denique huiusee epistolae commendatur clero ut vestem clericalem talarem, nigram, non lacaram portet; colloquia, et rumores in ecclesia evitet, penes ecclesiam resideat, et cum mulieribus in uno curru ne discedat sub poena arbitraria ab episcopo assignanda. Tempore straenae, (koleđa), parochi et eorum vicarii parochianos de moribus et vita inquirant, funeralia prandia (stypy) sobrie et cum invocatione benedictionis. Dei consummant. Luxus in festis tractando parochianos et alios hospites ne admittant suscipiantque eos mensa frugali et sobria. Usus tabaci fumati et pulverisati interdicitur praesertim proxime ante sacras functiones et intra. Commendatur parochis erectio scholarum parochialium et sustentatio baccalaureorum et cantorum. Oblationes a populo non in altari, sed in mensa speciali collocandae sint; confessiones in domo sacerdotis et in sacristia, per quam non datur liber transitus prohibentur, communio ad crates; sed non in gradibus altaris distribuenda, Sanctissimum tempore incendii non sit circumferendum; calices aqua callida semel vel bis in anno sint lavandi; non licet sacerdotibus permittere sese lapidari avena a populo in festo S. Stephani; nec regularibus et graeci ritus sacerdotibus sese immiscere in officia parochorum. Ultimo proponuntur regulae de sustentandis et regendis xenodochiis et mandatur mercatoribus cuiuscun-

que ritus, sub poena trium imperialium, occlusio tabernarum et cuiuscunque mercis diebus festivis.

Sed cum haec epistolae parum ferret fructum, tanquam vox mortua scripto mandata, Brzostovius arripiens occasionem faustiorum temporum a. d. 1717 die 3 Februarii convocavit synodum diocesanam, cuius regulae et statuta tribus constant partibus. I continet gesta synodum praecedentia; II ordinem sessionum synodalium et III decreta synodalia, quaeque pars 29 capita complectitur; in his reiterantur statuta in praefata epistola promulgata et quaedam nova adiciuntur: praincipue de succursu seminario dioecesano praestando; de beatificatione Michaelis Giedroyć procuranda, de non construendis nec repandis templis dissidentium sine licentia episcopi; de prohibendis solemnibus processionibus et tumultuarioris coetibus in sepultura protestantium et iudeorum. Proponitur taxa curiae episcopalnis persolventiae pecuniae pro instrumentis et testimoniis fori contentiosi; reservantur episcopo absolvenda peccata: stupri, violationis virginum, percussionis parentum, maleficiasae procurationis divortii inter coniuges; ultimo enumerantur sententiae damnatae ab Alexandrae papa VII et Innocentio XI. Sessiones synodales a sermonibus episcopi praelatorumque incipiebant. Episcopus aperiens synodum verbis Christi „Pax vobis“! coetum cleri allocutus est et dein dicebat: „Lustra sex qui iam peregi tempus implens indigni mei praesulatus, quem inter tot et tantas iniquitates temporum, adversitates fatorum, contradictiones hominum sustinendo, sicut me taedebat vivere, ita oportuit non semel mori: ecce miserante aeterna bonitate divina... sto adhuc in medio vestrum vivus, an redivibus, post iteratos meae mortis rumores et voce pastoris pastorum vos compello: pax vobis!... Vera pax non nisi sicut rosa de spinarum hastis erumpit, bello paratur: non inermis sed bellicosa—

debellans peccata. Bellum vobis impero, cum pacem annuntio. Oleam pacis ostendo, sed ad lauros Martis et sudore multo et sanguine rigandosово. Cum Moyse hominum omnium mitissimo hodie concitor ut vos excitem: qui Domini est, iungatur mini! Bellum quoque nobis cum hostibus triplex est: *domesticum, civile et campestre*: primum cum carne, civile cum tentatione mundi, campestre hostile cum demonibus“.

Quapropter adhortatur clerum ut reiecta luxuria aliisque vitiis repudiatis dignos Christi milites sese exhibeant; atque semetipsum pro exemplo praebens verbis S. Pauli ait: „vos scitis a prima die, qua ingressus sum in hanc cathedram, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim serviens Deo et meae dilectissimae dioecesi: in continua sollicitudine, in laboribus, in itineribus, saepe periculis ex genere, periculis intra et extra patriam et a falsis fratribus. Vestris in oculis et coram Deo meo bonum certamen certavi... Ego scio propter iam inclinatam aetatem meam, Deus autem melius seit, quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, quos ad presentem synodum frequentes cerno congregatos. Attendite ergo vobis et universo gregi“...

Sequentibus diebus alloquebantur eoetum synodalem Georgius Ancuta et Jacobus Szczuka canonici vilnen.; hic super verba S. Pauli: spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus; ille autem de operandis quinque talentis. Statuta et gesta huiusc synodi typis promulgata fuere iisque elenches ecclesiarum parochialium et praeposituralium totius dioecesis appositu est. Omnes ecclesiae in sequentes dispartitae fuerunt decanatus 1. *Vilnensis* in urbe. in qua sequentes enumeratae sunt ecclesiae: S. Joannis, S. Petri, S. Stephani, S. Augustini in Zarzecze (nunc S. Bartholomaei) SS. Trinitatis (nunc templum rossiacum, Blahowieszczenskaja, dictum)

S. Nicodemi et Josephi et Mariae Magdalena; extra urbem: Ławaryszki, Rudomina, Turgiele, Niemen-czyn, Meyszagoła, Kiernów, Podbrzezie, Miedniki, Rukoynie et Cudzeniszki. 2. *decan.* *Poboyscensis.* Poboysk, Szeszole, Nidoki, Żmuydki, Owanta, Skicmany, Bolniki, Widzieniszki, Malaty, Inturki, Dubinki, Szyrwinty, Giedroycie, Muśniiki et Upniki. 3. *decan.* *Oszmianen.* Oszmiana, Żuprany, Soły, Ostrowiec, Worniany, Gierwiaty, Smorgonie, Ciein filia Smor-gon., Olszany, Krewo, Łosk, Traby, Surwiliszki, Nar-wiliszki et Graużyszki. 4. *dec.* *Swirensis.* Swir. Miadzioł, Postawy, Zadziewie, Komaye, Łyntupy, Swi-ranki, Bystrzyca, Michaliszki, Żodziszki, Daniuszew filia Solens., Woystom, Kurzeniec. Kobylnik, Koście-niewicze et Niestaniszki. 5. *dec.* *Lidens.* Lida, Biało-hrud, Wawiorka, Dylewo, Wasiliszki, Iszczolna, Bie-lica, Zołudek, Rożanka, Kamionka, Lackie, Nowy-dwor, Zabłocie, Żyrmuny, Horodno et Nieciecz. 6. *dec.* *Radunen.* Raduń, Eyszyszki, Dubicze, Nacza, Soleczniki, Bieniakonie, Hermanlszki, Błotno (Were-nowo), Trokiele, Dworzyszcze, Gieranony, Subotniki, Zygmunciszki, Lipniszki, Iwje et Dudy fil. Iwjen. 7. *dec.* *Wiłkomirien.* Wiłkomierz, Dziewałtowo, Siesi-ki, Pogiry, Szaty, Żeymy, Kieydany, Opitołoki, Re-migoła, Poniewież, Troupie, Rogów, Neostadium (Nowydwór), Onikszyty, Kowarsk, Kurkle, Widziszki, Traszkuny et Pompiany. 8. *decanatus Kupiscensis,* Swiadość, Szynańce, Kupiszki, Subocz, Wobolniki, Poswol, Kryniczyn, Podbirże, Birże, Poniewonie, Rakiszki, Abele, Krewno, Dusiaty, Sieuruki, Jużynty, Skopiszki, Uciana, Uszpole, Wiżuny, Komayki, Po-nedelki, Wenusow, Hanuszyszki fil. Abelen., Ponie-monie seu Kwetki. 9. *dec.* *Braslaviens.* Hoduciszki, Święciany, Daugieliszki, Łyngmiany, Koltyniany, Ku-kuciszki, Łabonary, Taurogieny, Sołoki, Jeziorosy, Dryświaty, Brasław, Druia, Ikaźń, Widze, Twerecz et Miory. 10. *dec.* *Trocensis,* Olkieniki, Troki Stare,

Nowe Troki, Anuszyszki, Piwoszuny, Punie, Olita, Daugi, Przełaje fil. Daugen., Niemonaicie, Kietowiszki, Liszkow et Merecz. 11. dec. *Sennensis*. Urdomina, Łozdzieya, Siemno, Balwierzyszki, Udrya, Metele, Sereya, Świętejeziora, Wiejsieye, Leypuny, Berzniki, Seyny et Puńsk. 12. dec. *Grodnen*. Grodno parochialis et praeposituralis in xenodochio, Hoża, Jeziora, Kwasówka, Eysmonty, Brzostowica minor, Krynkki, Odelsk, Kuźnica, Sokółka, Szudziałowo, Sokolany, Indura, Kundzin, Dąbrowa, Nowydwor, Krasnbor, Lipsk, Zalesie et Sidra. 13. dec. *Caunen*. Kowno, praeposituralis S. Crucis et parochialis, Jezno, Stokliszki, Wysoki Dwór, Sumiliszki, Żyżmory, Żośle, Poporcie, Kormiałów, Łopie, Giegużyn, Skorule, Wędziagoła, Rumszyszki, Użugoście, Dorsuniszki, Preny et Bersztany fil. Pren. 14. dec. *Olwitens*. Olwita, Grażyszki, Kalwarya, Wiżayny, Łaukieliszki, Poiewonie, Bartniki, Wisztynice, Filipowo, Przerośl, Bakałarzów, Raczki, Janówka, Wilkowiszki, Pilwiszki et Suwałki. 15. dec. *Polocens*. Dołhinów, Dokszycze, Parafianów, Głębokie Leple, Kublicze, Wołkołata, Duniłowicze, Zadoroże, Dzisna, Połock, Bicszenkowicze et Serwecz. 16. dec. *Nowogrodecen*. Nieśwież, Kleck, Niedzwiedzica, Lipsk, Kroszyn, Sienno, Nowogródek, Swoyatycze, Iszkołodź, Snowie, Mir, Swierżno, Mikołajewszczyzna et Niechniewicze. 17. dec. *Słonimen*. Słonim, Darewo, Mysz, Lachowicze, Stwołowicze, Zadwieye, Horodyszcze, Starojelna, Wsielub, Zdzięcioł, Dworzec, Rohotna et Mołczadź. 18. dec. *Rożanen*. Rożana, Łukoniča, Łysków, Porozowo, Zelwa, Mosty, Dereczyn, Międzyrzecze, Kossów, Olszewo, Łahiszyn et Janów 19. dec. *Wołkowyscens*. Wołkowysk, Hniezno, Swisłocz, Jałówka. Brzostowica maior, Szydłowiec, Repla, Wołpa, Łunna, Roś, Krzemienica, Mšeibów et Strubnica, 20. decan. *Witebscens*. Witebsk, Borysów, Czereya, Łukoml, Sienno, Bielica, Ostrowno, et Sorzyca. 21. dec. *Orszanen*.

Orsza, Horyhorki, Mścisław, Czausy, Szkłów, Mohylow, Bychow, Stary Bychow, Białynicze, Starosiele, Tołoczyn, Obolce, Smolany, Dąbrowna, Kadzyn, Wo-roćkow et Malatytcze. 22. *dec.* *Minscen.* Mińsk, Iwie-nie, Wołma, Chołchła, Naliboki, Derewna, Kamień, Pierszaye, Wiszniew, Zabrzezie, Rakow, Koydanów, Uzda, Stołpce et Puchowicze. 23. *decan.* *Radoszkowien.* Radoszkowicze, Zasław, Łohoysk, Hayno, Korzeń, Ziembin, Chotayewicze, Illa, Lebiedziew, Horodziłow, Hruzdow, Chożowa et Krasne Sioło. 24. *decan.* *Bo-bruyscen.* Bobruysk, Hłusk, Strzeszyn, Rzerzyca, Homel, Mozyr, Petrykow, Dawidgrodék, Cimkowicze, Śluck, Kopyl, Bohuszewicze et Berezyna. 25. *decan.* *Augustowiens.* Agustow, Grabowo, Bargłów, Raygród, Goniądz parochialis et praeposituralis in xendochio, Trzciana, Dobrzyniew, Jasionowka, Brzozowa maior. et minor. et Dolistow. 26. *dec.* *Knyszynen.* Kalinów-ka, Knyszyn, Choroszcza, Niewodnica, Turośń, Juch. nowiec, Zabłudow, Białystok, Wasilkow, Korycin et Chodorowna (Suchowała), Quod vere spectat mona-steria, haec iam anno praeterito enumeravimus; hi-allegamus ea, quae olim ad dioecesim nostram ec-samogitiensem pertinebant; et quidem: *Rossienis* do-minicanor. fund. eppi Tyszkiewicz 1642 a. et pp-Schol. Piarum; *Kretyngae* bernardinor. fund. Joan. Chodkiewicz palat. Wilnen.; *Wornis* Jesuitarum fund. Nicolai Kiszkiae ep. Samog. et Rochitarn; *Krozis* Jesuitar. fund. Joan. Chodkiewicz, et Benedictinarum, *Telsis* Bernardinor. fund. Hieron. Wołłowicz; *Kalwariae* dominicanor. fund. Georg. Tyszkiewicz eppi sa-mogit. *Linkowiae* carmelitar. fund. Georg. Tyszkiewicz praefati eppi; *Wierzbolowiae* dominicanor. fund. Joan. Wcieklica; *Chwałojnis* carmelitar. fund. Adamowiczii; *Caunae* franciscanor. fund. Witoldiana, bernardinor. eccl. S. Georgii fund. Szadziwojewski et Wiażewicz; dominicanor. eccl. S. Casimiri fund Bia-łozorii mareschal. upiten.; Jesuitarum fund. Piadzew-

scii etc. et Rochitarum; *Wladislawiae* carmelitar; *Po-żayscii* camaldul. fund. Christoph. Pac; *Datnoviae* bernardinor. fund. Joan. Brzostowski; *Traszkunis* bernardinor. fund. Sokolowsciorum 1636 a.; *Poniewiezi* p. Sehol. Piarum fund. Christophori Dąbski; *Janowi* trinitarior. fund. epi livon. Josephi Kossakowski; *Dwetae* Missionarior.; *Kenstajcis* Rochitarum; *Wilkomiriae* p. Schol. Piarum; *Welonae* bernardinor. fund. Nicol. Ryk; *Poszoltuniae* benedicanor.; *Seynis* dominicanor. fund. Grodzick, *Liszkowi* dominicanor. fund. Ladisl. Koziętło; monialium: *Caunae* bernardinor. fund. Massalscior. et benedictinarum fund. Skorulscii; *Smolensci*: dominicanor. fund. Sigism. III, bernardinor. fund. eiusdem regis et colleg. Jesuitar., item Basilianor. et Basilianorum; *Dorohobuzi* basilianor.; *Polociae* bernardinor. fund. Alex. Jagiellonis., Colleg. Jesuitar. fund. Batoriana, dominicanor. fund. prael. cap. Viln. Girska, basilianorum et basilianorum; *Witebsci*: colleg. Jesuitar. fund. Alex. Gosiewski, dominicanor. fund. ex pii oblat., bernardinor. fund. Joan. Chrapowicki; *Mohylowi*. carmelitar. fund. benefactor., Missio Jesuitarum fund. canonici smolens. Zdanowiczii, bernardinor. fund. Theodori Rzewuski; *Bychowi* can. regul. de poen. fund. Alex. Chodkiewicz; *Szklovi* dominicanor. fund. eiusdem; *Bialyniczs* carmelitar. fund. Leonis Sapiehae ob insignem victoriam de moscis obtentam; *Czereae* colleg. basilianorum; *Sennae* bernardinor. fund. Eustachii Kurcz; *Łukomlae* bernardinor. fund. Joan. Łukomski; *Orszae* Coll. Jesuitar. fund. Sigism. III, bernardinor. fund. Andreeae Młocki, benedictinar. fund. Casimiri Wiąziewicz, dominicanor. fund. Sokolinski Drucki; *Klimoviciis* dominicanor.; *Mscislavi* carmelitar., dominicanor. fund. Casimiri Kamiński, bernardinor. fund. Joan. Hurko, et colleg. Jesuitar.; *Ostrownae* dominicanor. fund. Alex. Sapiehae; *Czasnicis* dominicanor. fund. Dominici Śluszka; *Mińsci* coll. Je-

suitar. fund. Hieron. Sanguszko, franciscanor. fund. Theodori Wańkowicz; benedictinor. fund. Steckiewiczovae, Bonifrat. fund. Theodor. Wańkowicz, Rochitarum fund. Szyszkowiana, carmelitar. fund. Wańkowiczior., bernardinor. fund. Joan. Kęsowski, Maria-vitar. fund. Cuneg. Ruszczycowae, benedictinor. fund. can. Sielawa, bernardinor. fund. Alex. Śluszka, et Basiliator.; *Pińsci* coll. Jesuitar. fund Alex. Radziwiłł, franciscanor. fund. Witoldiana, dominicanor. fund. Kopciowae, bartholomitar. seu communistar. fund. Caroli Dolski, bernardinor. fund. Mich. Wiśniowiecki, carmelitar. fund. Sim. Ossowski, Mariavitar. presb. Turczynowicz; *Nowogrodeci*: dominicanor. fund. Christoph. Chodkiewicz, residentia Jesuitar. fund. Hołowniae et Moszyński, Bonifratel. fund. Casimiri Sapiehae, franciscanor., basilianor. et basilianarum. *Nieswizi* coll. Jesuitar. fund. Nicol. Radziwiłł, Benedic-tinarum fund. eiusd., Bernardinor. fund. uxoris eiusd. dominicanor. fund. Basilii Bakanowski, Benedictinorum fund. Radziwilliana; *Sluciae*: Bernardinor. fund. Samuel. Oskierko, Coll. Jesuitar. fund. Hier. Kłocki; *Stołpcis* dominicanor. fund. Alexandri Śluszka; *Dąbrownae* franciscanor. fund. Nicol. Hlebowicz; Walówkae dominicanor. fund. Steph. Kurcz; *Krzyszewi* dominicanor. fund. Hołyński; Chołopienicxis dominicanor. fund. Chaleckiorum; *Bohdanowi* dominicanor. fund. Theclae Wołłowiczowa; *Klecki* dominicanor. fund. Stanisl. Radziwiłł; *Lachowicxis* dominicanor. fund. Lachowicii; *Połonkae* dominicanor. fund. Steph. Brzuchański; Rzerzycae dominicanor. fund. Alexan. Śluszkae; *Hłuskü* bernardinor. fund. Alex. Połubiński; *Ziembini* dominicanor. fund. Ad. Sakowicii; *Smilowicziis* missionarior. fund. Marcellae Zawiszae; *Iwienieci* franciscanor. fund. Theod. Wańkowicz; *Zasławci* dominicanor. fund. Sapiehana; *Mozyri* bernardinor. fund. Steph. Łoszko, mariavitar. fund. Gedeonis Je-leński; *Kimbarówkae* cisterciens. fund. Szuksztae etc.,

monialium cisterciens. f. abbatis Rożański; *Bobrujsci* coll. Jesuitar; *Lubieszowi* pp. scholar piarum fund. Joann. Dolski; capuccinor fund. Joan. Czarnecki; *Dombrowicae* pp. schol. piar.; *Horodyszczi* benedictinor. fund. Joan. Kopeć. Praeterea monasteria basiliianorum vigebant: Braslawi, Cepersci, Darewi, Heljanowi, Hłusznianis, Ławryszewi, Łohojści, Miri, Podubisae, Rakowi, Swierżni, Suchowiczis et Basiliatorum: Wolmae et Pinsci.

Sub auspiis et directione Jesnitarum patres regulares sustentabaut scholas publicas et succursales, que iam vidimus anno praeterito (vide Director. pag. 260) quibus hic annumerandum putamu et alias id genus scholas per Lituanię olim vigentes; et quidem *Jesuitarum*: Bobruisci, Caunae, Krožis. Minisci, Mohylowi, Mścislawi, Nieswizi, Orsae, Pinsci, Polociae, Sluciae, Smolensi, Witebsci; *P. Scholar Piarum* Dombrowicae, Lubieszowi, Poniewiezi, Rosienis. Wilkomiriae, Witebsci; *Bazilianorum*: Podubissae, Tołoczyni; *Bernardinorum*: Traszkunis, Telsis et Datnowi; *Franciscanorum*: Caunae et Pińsci; dein *Dominicanorum*: Calwariae, Carmelitarum Krožis, *Canonicorum* Regul. Later. Widzis. At Jesuitae, ad omnia distenti multisque occupati negotiis, muneri directorum scholarum apte adaequare non poterant, praeterea methodo sua stricte scholastica, qua olim deviantes afide Christi novatores prosternebant, his temporibus, cum in Gallia et extraneis universitatibus, et scholis nova dialectica magis intellectui studiosorum adaptata enasecretetur, nauseam multorum et tedium movebant. Occurens votibus studiosorum Brzostovius a. 1722 vocavit P. Scholarum Piarum, qui novae methodi magis sese accommodabant.

Tamen salutiferi conatus Brzostovii cum eius morte sustenti fuere, et sub eius successoribus per octo annos fere oblitterati in cassum devenerunt, diminnebatur zelus patrum synodalium, silebant sta-

tuta et sanctiones; eppus Pancerzyński laxatos mores cleri, populum rudem et servitio oppressum, ecclesias ruinatas et desolatas, tecto fenesrtibusque carentes deplorat. Etiam et Seminarium dioecesanum sub directione Jesuitarum multis laborabat defectis et indigentiis, regimini cleri saecularis commissum meliorum sortem minime subiit. Namque rectores obiter munus suum tractabant persaepe; provisor autem eius Georgius Ancuta canon. vilnen. magis propriopriis quam seminarii proventibus consulebat. Ni mirum alumnos fuisse neglectos, victum eorum tenuem, vitam miserabilem, plagis verberibusque inculeatos mores. Provisores capituli referunt eppo Pancerzynscio inveniri in Seminario 7 alumnos, eosque nihil fere disci atque otiosos manere; qui eorum scholam frequentarent philosophiae, metaphysicae, theologiaeque momorali incumbere; tempore autumnali ob defectum candelarum a studiis abstineri; quod vero spectat eorum deyotionem praeter Litanias de SS. Nomine Jesus et Lauretanam, lectionemque unius capitris de imitatione Christi nulla alia pia exercitia existere. Huie defectui operariorum in vinea domini occurebant multi alumni academie et seminarii Missionariorum ad statum sacerdotalem projecti.

In hac luctuosa rerum ecclesiasticarum demissione a. 1730 cathedram vilnensem ascendit episcopus Michael Zienkowicz, vir iam proiectae aetatis, at rigore animi et zelo fortissimus. Hic totam dioecesim visitavit omnibusqne malis, quae vidiit, mederi studuit. At nova rerum in regno perturbatio labores eius praepedivit et ad tempus sustinuit. Acriter etiam vi armorum agitabatur quaestio de successione troni in polonia post mortem Augusti II, aliis scilicet filium eius Augustum III promoventibus, aliis vero partes memorati Leszczyńscii protegentibus. Collapsa causa Leszczyńscii Zienkowicz, qua

fautor Leszczyński ex dioeceti fugit et nonnisi post intronisationem Augusti III, restituta pace, Vilnam reversus est, ubi parabatur bellum clericale, si ita loqui fas est: et quidem de pane et auctoritate. Cum enim episcopus pingue beneficium archidiaconiae vilnen. Alexandro Horaino infulato Gieranensi, suffraganeo samogitiensi contullisset, restitit capitulum vilnen. dicens Horainum esse alienae dioecesis etiam ditissimum beneficium Gieranony possidere. Durante lite inter episcopum et capitulum et ad sedem apostolicam delata interim Horainus per suos administratores intromissionem in bona Archidiaconiae perficere eiam vi tentabat; donec tandem finem optatum assecutus est. Alia pugna et iam cum aggressoribus violentis inter Jesuitas et Patres Scholar. Piarum exarsit. Ab ingressu suo in nostram dioecesim Patres hi tum methodo educationis, tum eximiis sermonibus in ecclesia cathedrali habitis corda capituli et episcopi sibi concillarunt etiam scholas publicas instituere tentabant. His tamen conatibus Patrum Scholarum Piarum fortiter restiterunt Jesuitae, qua privilegiati scholarum in Lituania ordinatores; Jesuitis optimates et cives vilnenses opem ferebant et Patres Schol. Piarum moleste aggrediebantur, Praevaleuerunt Jesuitae; contabernia a patribus Scholarum Piarum pro institutione iuventutis condita suppressa fuerunt⁴ permissumque est iis sustentare et dirigere unam scholam pro 24 alumnis. Et haec olim fuere.

Episcopus videns se propter decrepilam aetatem inopem ad medendum tantis malis coadiutorem sibi praelatum capituli vilnen. Josephum Sapieham, dignitate suffraganei deeratum adaptavit. Sapieha non solum episcopum in munere episcopali sed et pastorali adiuvabat, iam visitando dioecesim, iam lites et dissensiones componendo iamque consilium suum gravem episcopo praestando. Praecipue vero refor-

mationi seminarii cor suum apposuit; et cum rectores e clero saeculari muncri hoc adaequari non possent; Patres Communotas seu Bartholomitas (Bartoszki) ad regendum seminarium vilnense Varsovia a. 1736 vocavit, et cum hi propter conflagrationem seminarii et quasdam dissensiones cum provisoribus recesserint, denno eos a. 1739 invitarit, concedens eis omnem, tam spiritualem, quam ecconomicam seminarii directionem.

Interim episcopus reformationem morum cleri populique animo gestiens convocavit synodum dioecesanam a. 1744, quamque magna cum solemnitate adaperiens, verbis paternis immo spirantes amore et dolore profundo resonantes clerum salutavit. Prae oculis mala ingrvescentia ponens exclamavit: Quisnam est causa malorum?—Attestante conscientia meoteque convicta assero: nos, clerum, qui non servamus pracepta divina et regulas vocationis nostrae reos essess. Dein ad finem deducens imprecatorium hunc sermonem adhortatur: „efficiamur itaque sacerdotes eximii et totus mundus sequetur nos, exhibeamos nos magistros conspicuos, et omnes obedient nobis“.

In sessionibus huiuses synodi omnia statuta praeteritarum synodorum renovata sunt et quaedam nova adieta, nimirum: Matrimonia mixta etiam cum promissione prolis catholicae educandae illicita et invalida esse, bona ecelesiastice ad usumfractum iudeis minime committenda; solemnitates feriatas tempore messiuti: Visit. B. M. V. Mariae Magdalene, S. Jacobi, S. Annae in dominicas sequentes trasferendas; parochos in propriis equis infirmos visitare: omnemque clerum vitare coetus et convivia ubi sit frequentia mulierum teneri; commendantur annuae recollectiones pro clero, statuunturque poenae in clericos deviantes: pro cohabitatione cum mulieribus recollectiones unius mensis et 10 flor. aurei (dukatów) pro sustentatione domus Emeritorum

presbyterorum, pro omissione unius banni 20 fl., pro admissione presbyteri non approbati ad exercitium ordinis 25 fl. aurei pro eadem domo solvenda. Domus haec Emeritorum ab eppo Wołłowiczio a. 1623 penes ecclesiam S. Crucis condita, dein a. 1664 curae Bonifratrorum commisa, ab episcopis et canonicis vilnens sustentata semper ob defectum debitae administrationis egebat Quapropter in synodo hac causa eius suscepta, parvo tamen cum profectu agitabatur. Et huic synodo apposita est descriptio ecclesiarum parochialium omniumque villarum et pagorum ad cas pertinentium.

Aliquot annos post celebrationem synodi a. 1751 per totam dioecesim S. Jubalaeus feriabatur. Solemnitates jubilaei Vilnae in ecclesiis: cathedrali, S. Spiritus et S. Casimiri inchoatae sunt et duas hebdomadas durarunt; dein ferventiores et magis idonei sacerdotes e Societate Jesu et ordine praedicatorum in Lituanię, Livonię, Albam Russiam et Polechiam missi sunt ad gratias S. Jubilaati animabu fidelium impertiendas. Pia et rationabilia conas mina praesulum ecclesiasticoram, prosperos divinabant fructus; eo potius cum et optimates in comitii de restauranda republica consilia conferent.

Omnibus bene compertum esset multa oriri mala, tam ex abusu libertate privilegiatorum civium, quam ex subiugatione et rudi statu plebeorum, qui terrae et servitio haeredibus addicti atrebus publicis removebantur, ad proinde id tendebant ut cohibita efferenata libertate privilegiatorum augerentur copiae et vires reipublicae per liberationem subiugatorum. Adugen-dos proventus reipublicae locupletandunique fiscum vectigali obligatorio, non autem subsidio charitativo huc usque a proceribus ad libitum persoluto, et appropriatione fisco bonorum ecclesiasticorum novas leges ferebant. Hanc rerum restaurationem, si sa-cularisationem bonorum ecclesiasticorum excipias,

res ipsa postulabat apprimeque iuvabat nova doctrina liberalismum religiosum et civilem spirans, et ad rerum et scientiarum aptam coordinationem, postpositis principiis theologicis, incumbens. Id genus placita non solum in comiliis, et aulis academicis dilucidabantur et commendabantur; sed et ex suggestu ecclesiastico haud raro promulgabantur, salva reverentia principiorum fidei. Discutiebatur itaque nova rerum renascentia docte et subtiliter, tota respublica visdebatur quasi grava quodam gigante die futuro, qui restaurationem scientiarum, legum novamque libertatem divitiis et victoriis rednendantem divinabat.

In hac reipublicae communi restauratione succedens a. 1762 Zieńkowiczio eppus Massalscius (vide Direct. 1904 a.) cor et animum apposuit ad reformationem cleri et administrationis, ad educationem plebis et extirpationem ab usum, tam in vita fidelium, quam in ritibus ecclesiasticis; et praccipue ad restaurationem et ditationem seminarii dioecesani. „Cum seminarium maxime sit neglectum, quaeritur Massalscius coram capitulo die 22 Februarii a. 1763, magno cum animi dolore conspicimus minorem clericorum numerum, quam qui dioecesi amplissimae sufficere possit, loci angustias conclusasque plures in exiguis cubiculis personas, educationis deficientiam tam in scientiis, quam in ritibus, victus supellectilisque inopiam animadvetentes, sustinere non possumus, quin capitulo ob oculos proponamus summam necessitudinem esse huic miserrimo labentique succurrere statui“. Itaque, ut ex his patet, et Bartholomiae spem fefellerunt, proindeque directio seminarii Missionariis commissa fuit. Ad sublevandam vero eius inopiam Massalscius 10,000 flovenor quoto anno ex suis proventibus solvendorum promisit capitulumque obligavit, ut proventus ex bonis Wojnianae altariae, Michniszki, pro sustentat one seminarii solveret.

Quod vero spectat ordinationem regiminis dioecesis, tria instituit consistoria foranea, vilensi generali consistorio subdita: scilicet: Grodnae, Trocis et Sluciae, his tamen propter abusus suppressis, pro alba russia instituit consistorium e suffraganeo alberussico qua officiali et duobus parochis consistentem. Residentia huiusee consistorii non erat fixa sed transitoria, iamque Kublicziis, iam Mohyloviae et in aliis parochiis locum habebat, habita ratione domicilii membrorum, partium litigantium et aggressionis russorum. Pro regenda vero tota dioecesi in absencia sua, quia saepe saepius in comitiis et Varsoviae ad latu sregis resideret. administratores continuos e membris capituli iudicesque prosynodales, seu examinatores e clericis vita et doctrina eximioribus constituit. Ipse met episcopus per litteras publicas et privatas omnibus indigentibus consulere studuit admonuitque ecclesiarum rectores ut scholas parochiales et Xenodochia sustentarent novasque ubi deessent, erigerent.

Cum per decursum temporis multi irrepsissent abusus in cuttam et publicam devotionem, et festa feriata in quavis parochia adeo in dies crescerent, ut haeredes et agricultores taederent impedirentque opportunam segetum collectionem; et insuper vigiliae et ieunia, apud nos olim frequentia omnibus onerosa essent; Massalscius innixus bullae Pii Papae VI per litteras pastorales inssit feriationem festorum: Visitationis SS. M. Virgin, Mariae Magdalene, S. Jacobi Ap., S. Annae aliorumque, tempore aestivo celebratorum in sequentes Dominicas, vigilias, praeter eas, quae ab ecclesia generali observantur, in vigiliam omnium sanctorum transferri, dispensarique a lacticiniis diebus consueti jejunii; contra publicos poenitentes, qui saccis se indubieant flagellisque verberabant, dictos capnicos, praemonuit parochos ut minime paterentur haec scandalosa

exercitia publicae expiationis. (Vide in fine litt. pastor.)

Nemini non patet in dioecesi nostra cum ingressu Massalscii renasci vitam novam, ordinationem rerum solidam, scientiam ampliorem et pietatem ad regulam ecclesiae accommodatam. Opinabantur multi Vilnam fomitem et centrum non solum fidei catholicae, sed et scientiarum per totam Lituanię, fore; ideoque proceres lituani a. 1764 in comitiis statuerunt supplicare apud sedem apostolicam, ut sedes Vilnensis ad dignitatem archiepiscopalis elevaretur. Communi voto et spe correptus Massalscius palatia archiepiscopalia Wercis et Wilnae in loco domorum episcopaliū construere et ecclesiam cathedralēm reaedificare cepit.

At homo proponit, Deus disponit. Restaurationi et evolutioni reipublicae invidebant eius vicini—inimici Teutoni et Russi. Hi arrepta occasione ex quaerelis quorundam factiosorum et rebellium civium et praeципue dissidentium, sub specie pacificandae ordinandeque reipublicae copias et arma in provincias confines moverunt casque suo imperio subiugarunt; cui nefario criminī et Austria catholica, etsi renuens, manum porrexit. Prima haec rapina et dilaceratio reipublicae a. 1773 facta est; ex dioecesi nostra tota alba russia, scilicet decanatus: polocensis, orszanensis, vitepscensis et bobrujscensis: extorta est et dioecesi noviter erectae, Mohyloviensi, incorporata. (Vide dir. 1904 a. Siestzencewicz).

Cum hac prima direptione nostrae dioecesis incipit martyrologium ecclesiae Ruthenae in provinciis imperio russico subiugatis. Etsi Catharina II Russorum imperatrix tractando cum Sede apostolica de nova sede erigenda timeret catholicos opprimere et persecui, tamen bona capituli vilnen. et ecclesiae cathedralis in his provinciis situata fisco addixit et ecclesiam ruthenam a catholica fide at fidem grecam

traducere blanditis et vi conabatur; opem ferentibus praefectis politiarum et apostatis episcopis et clericis ruthenis multa millia ruthenorū in albarussia ad cultum schismaticum impulsit viamque vastam aperuit apostasiae ecclesiae ruthenae temporibus futuris adimplendae.

Vulnere prima dilaceratione dioecesis nostrae inficto et nondum ad cicatricem perduto, abolitio Societatis Jesu novo dolore corda fidelium affecit; et cum populus fidelis ecclesias et monasteria Jesuitarum vacua ipsosque socios Jesu dispersos lugeret, Commissio educatoria ex viris saecularibus et clericis in comitiis regiis constituta scholas Jesuitarum et ampla eorum bona terrestria suo regimini accumulabat. Supremam directionem scholarum homines laici obtinuerunt; at ob defectum professorum laicorum educationem patribus scholar. Piarum, Basilianis aliquique regularibus, imo etiam et Jesuitis saecularisatis commiserunt. Mutato regimine academico etiam methodus et materia studiorum in favorem novae didacticae et scientiarum phisicarum, humaniorum, oeconomiae politicae medicinaeque immulata fuerunt: immo ipsum nomen academiae deletum nomineque scholae principalis lituanicae substitutum.

Nova igitur iustabat epocha saecularisationis bonorum ecclesiasticorum, scientiarum et scholarum, insuper et mentium a recta fide recessus. Prorum-pens enim e Gallia in rempublicam secta massonica campum hic sibi paratum, et post suppressionem Jesuitarum non apte custoditum, invenit multosque sectatores sibi conciliavit, eo successu ut nonnulli etiam ex capitulo vilnen. ad eamdem sectam acces-sisse suspicarentur. Pullulantem hanc mentium ex-cultarum a fide aberrationem primis revelavit eamque strenue impecunabat suffragan. vilnen. Thomas Zienkowicz. Capitulum vero audita sinistra fama et suspicione de quibusdam suis confratribus, in ses-

sione capitulari a. 1780 inquirebat et adhortabatur, si quis huius nefarii criminis esset obnoxius, ut culpam suam publice confiteretur eamque respueret; sed nullus e gremio capituli reum sese agnovit; quod per acta publica promulgatum fuit.

Aberrantibus itaque a via veritatis divinae optimatibus et plebei contra eorum auctoritatem in nonnullis provinciis turmatim insurrexerunt, atque iugum servitutis reicientes, haeredibus et dominis suis resistebant. Rebelliones plebeorum (bunty chłopskie) multis in locis et praesertim in Podolia et Samogitia adeo increverunt, ut armis tantum cohiberi et extingui potuerint. Novum igitur periculum, hucusque ignotum, instabat; potiora sequentes historici et politici nostri, externarum gentium vitam, mores et artes scrutantes olim tractabant obiter sortem subditorum plebeorum; tandem enascentes huiusmodi violentae protestationes subiugatorum aperuerunt multorum oculos indicaruntque: ubi est vis et virtus reipublicae, si plebei privilegiis civium et equitum cumularentur: et eius ultima pernicies si ulterius in servitute permanerent. Proinde multi viri docti tam e laicis, quam e clero causam libertatis plebeorum scriptis et viva voce in aulis academicis et ex suggestu ecclesiastico promovebant et tuebantur: uti prael. capituli Vilnen. David Pilchowski professor universitatis, historicus Lelewel, eloquentissimus concionator Franciscus Karpowicz etc. Nounulli ex optimatibus et haeredibus libertate et proprietate terrestria donabant subditos sibi plebeos, praescripto iisdem certo ordine in obeundis officiis civilibus et oeconomicis, uti Załuscius in Polonia, et canonicus cap. viln. Paulus Brzostowski in bonis suis haereditariis fecerunt.

Caeteri tamen, tumultibus minime perterriti et exemplis confratrum haud permoti, plebeos modo praedecessorum suorum in servitute retinebant, ne-

minique liceret, nec fisco, nec parocho, numerum plebeorum consignare; timebant enim haeredes, quomodo fiscus pro quovis subdito censum exigeret, aut hostes vicini numerum incolarum reipublicae cognoscerent. Et hoc fuit in republica, ubi „aurea libertas“ iam ab exitu XVII aevi ab optimatibus ungnibus et rostro, armis et buccis tueabatur.

Una itaque manu proceres nostri leges libertatis in comitiis sanciebant, altera vero retinebant plebeos sub ingo servitutis. Displicuit justitiae divinae huiusmodi duplicitas iustitiae legisconditorum. In parietibus reipublicae sensim sensimque evidentius patebant signa ultimae ruinae: mane, thekel, phares. Quapropter eximiores amore patriae viri convenerunt ad comitia quadriennalia 1788—1792 ad consulendum saluti reipublicae praescindendaque mala civibus imminentia; collatis votis proceres reipublicae cum rege promulgarunt celeberrimam constitutionem 3 Mai a. 1791, in qua praeter alias sanctiones restaurationi reipublicae utilissimas promulgata fuit libertatio plebeorum, privilegiatio incolarum urbanorum et salva praedominanti auctoritate fidei catholicae liberum exercitium cultuum heterodoxorum.

Displicuit fautoribus tutoribusque „aureae libertatis“ hegemoniaeque statuum privilegiatorum ista constitutio; sed cum vidissent se esse paucos ad evelendam propriis viribus invisam sibi constitutionem ad extraneos, Teutonos et Russos, auxilium nefariis, suis machinationibus quarentes, confugerunt. Et sic evasit cum iis illud propheticum manum: nostram dedimus aegyptiis et assyriis... pari cum exitu et fructu, quo olim deviantes ad gentes fili Israel regnum et gentem suam prodiderunt et perdiderunt.

In oppido Targovicia situata in extrema provincia reipublicae, Ukraina dida, convenerunt osores Constitutionis 3 Mai Felix Potocki, Xaverius Bra-

nicki et Severinus Rzewuski statueruntque pactum occultum confederandi omnes adversarios constitutionis ad defensionem privilegiorum et libertatum antiquarum eliminandamque praefatam Constitutionem etiam invocato brachio Catharinae II imperatricis Russiae, a qua iam multi factiosorum pecunia corrupti erant; et quia rex Stanislaus Augustus Constitutioni manum apposuisse, hinc Targoviciani detronisationem regis institutionemque regiminis oligarchici occultis suis votis adiecerunt.

Sub auspiciis itaque armarum russorum Targoviciani summam potestatem in republica arripuerunt in omnesque sequaces Constitutionis violenter inveciti sunt, omnesque sanctiones et reformationes in comitiis quadriennalibus statutas et introductas evertebunt. Ipsemet Rex Stanislaus Augustus et noster Massalscius ad Targovianos accesserunt. Vilnae Simon Kossakovius propria auctoritate se „magnum ducem exercitus Lituaniae libere electum“ promulgavit, adversariosque suos catenis et exilio insequebatur.

Bellum hoc civile bene attendentes hostes idque sustentantes, inscia confoederatione Targovicia, alteram dismembrationem poloniae a. 1793 die 30 Januarii statuerunt et in comitiis grodnensibus subscribenidam per manus delegati russici proposuerunt Obtemperarunt consules regni strepitu armorum hostilium perterriti. Hac nova dismembratione perfecta decanatus Minscensis et Radoszkoviensis a nostra dioecesi ad Mohyloviensem avulsi sunt, fideles catholici et praecipue Rutheni, qua orphani matris orbati, crudelem subierunt sortem sub manu „benignissimi gubernii“, ut vocabant adulatores, sed non subiugati Rutheni illud. Dilacerationem ovilis sui et sortem ovium ereptarum illacrimans atque relitarum tutamen prosequens Massalscius epistolam pastoralem Grodna de die 12 Martii a. 1793 ad cle-

rum populumque fidelem dedit, in qua ad preces ferventiores eos invitando: „o, quam desidero, aiebat, Deum vobiscum implorare in quocumque templo cum omni populo fideli! Praecedens vos eoram altaribus manus meas in coclum elevassem clamassemque corde humiliato. Deus magne, ad te clamarunt patres nostri et exaudisti eos: in te speraverunt et liberasti eos: et ipsi non sunt confusi... Rogamus vos, pergit ulterius episcopus, et nomine Dei Maximi adpreciamur, ut in omni sacrificio missae pro patria, quae vos in sinu suo elevavit cumulavitque privilegiis et bonis!... inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini et dicent; parce, Domine, populo tuo: et ne des haereditatem tuam in ignominiam! Deinde praecipit omnibus sacerdotibus ut per sex menses in qualibet missa memento faciant pro statibus confoederatis et pro eorum praesidibus (mareschalcis) addita oratione collecta: Ne despicias omnipotens Deus populum ad te clamantem...; item et litanias de Ss. Nomine Jesu cum populo recitandas et supplicationes decantandas, cum invocatione: „ut statibus confoederatis eorumque praesidibus auxilium et consilium donare digneris, commendans; pro ecclesiis vero magis frequentatis solemnitates 40 horarum celebrandas indulget. Hic erat recursus ad Deum Targovicianorum, qui antea ad Catharinam recurrebant; et non exaudivit eos Dominus, sicut patres eorum exaudiverat, quia non sicut patres clamaverunt. Confidebant patentiae et benignitati humanae: ideo confusi sunt.

Apprime scientes conamina hostium dilacerantium rempublicam conditores Constitutionis 3 Maii tempusque opportunum instare ad vim vi repellendam, collectis copiis sub imperio notissimi virtute militari ducis Kosciuszko exercitus hostile et Targovicianos fausto Marte aggrediuntur, eosque multoties profligant, summumque imperium in republica obtinent.

Omnis Targoviciani proditores patriae declarantur, coryphaei eorum, simul et noster Massalscius, Varsoviae incarcerantur et insurrectione plebis falso quodam rumore concitata, inscio Kosciuszko, a quibusdam latrunculis — bibulis e carcere extrahuntur et in patibulis suspenduntur. Sic occubuit episcopus Massalscius, quem iniuste accusant prodigionis patriae; reus quidem erat, quod esset prodigus et incircumspectus et in decrepita senectute deficiebat iam corde et mente, inde adhesit Targovicianis salutem reipublicae in hac confoederatione sperans; sed patriam amabat liberalisque erat distributor bonorum suorum in pia opera et publicas necessitates. Mortem eius Kosciuszko intime doluit. (vide Dir. 1904).

Post fata Massalscii sedes nostra vacabat. Supremum consilium civile tunc temporis auctoritate Kosciuszki regimen in Lituania exercens administrationem dioecesis a Massalscio constitutam ad regendam ulterius dioecesim coegerit. Administratio volens nolens assensit. De hac administratione anticanonica certior factus nuntius apostolicus de Litta, Varsoviae residens, graviter reprehendit capitulum praecepitque ei, ut sine ulla mora vicarium capitularem ad regendam dicecesim, sede vacante, eligeret. Ad vota nuntii capitulum elegit Davidem Pilchowski, praelatum cap. viln. nominatum suffraganeum vilnensem (vide Dir. a. 1904).

Dies ultima appropinquabat reipublicae. Exercitus defensorum patriae vinctus et dispersus, ipse met Kosciuszko vulneratus ab hostibus captus est. Cladem defensorum patriae secuta est ultima dilaceratio Poloniae; nostra dioecesis et tota Lituania imperio rossiano subiugata incipit dies Martyrii sui. Etsi enim gubernium litteris regiis de die 14 Decembris a. 1795 spopondit ac promisit tam suo, quam successorum suorum nomine omnes Lituanos et

Polonus aliosque omnes incolas subiugatarum provinciarum omnibus privilegiis, quibus gaudent subditi rossiaci: item et libertate fidei usuros, inimicum fidei catholicae et ruthenis promissis non stetit; opus ab ea eliminationis ecclesiae catholicae et ruthenae ceptum continuabatur aevo sequenti. Erant tunc temporis in superficie nostrae dioecesos sequentes ecclesiae parochiales ruthenae; dioec. Brestens: Brzostowica maior et minor, Hołynkae duae eccl., Krynki, Samohrud, Irowlany, Massalany, Olekszyce, Golnie, Łaszae tres eccl., Kopciowszczyzna, Komorowo, Żydomla, Dereczynek, Radziwonicze, Dubno, Skidel, Hubink, Jeziory, Kozłowicze, Wiercieliszki duae eccl., Grodno, Jaczna, Lipsk, Nowydwori duae eccl., Regałówka, Hołynka, Sopoćkinie, Siderka, Łabno, Bała, Hołowacze, Merecz, Augustow, Słonimi duae eccl., Borki, Chodaki, Horki, Hoszczów. Jahlewiecze, Jeziernica, Kossowi duae eccl., Kolczyn, Łuszniew, Ostrów, Przewłoka, Synkowicze, Szydłowiecze, Alba, Białowiecze, Busiaż, Chrobrowicze, Choroszcza, Derewna, Dobromyśl, Dziewiątkowicze, Howiejnowicze, Jawor, Iwaczewicze, Kozłowszczyzna, Lubieszyce, Mizgiery, Milkanicze, Miromin, Motowidy, Nakryszki, Porzecze, Woroniowicze, Wysock, Obrow. Mołczadź, Zdziencioł, Dworzec, Nowojelnia, Morozowicze, Izwa, Ochonów, Nahorodowicze, Zyblany, Hańczary, Dokudow, Myto, Żyzma, Hołdów, Radziwoniszki, Leboda, Możejków, Dzikuszki, Orlae duae eccl., Dzembrowo, Ostryna, Jatwiezk, Głębokie, Sobakińce, Rakowicze, Roś tres eccl. Wolpa, Dzięciołowicze, Gudziewicze, Starodworze, Kuźmicze, Mścibowi duae eccl., Połonkae duae eccl., Hornostajewicze, Porozów, Nowodwór, Łopienica, Podorosk, Choroszewicze, Sodelniki, Zelzin, Siawatycze, Iwaszkiewicze, Zelwa, Samojłowicze, Piaski, Biełanicze, Kołontajow, Dereczyni duae eccl., Szczara, Święcica, Ławszowszczyzna, Swisłocz, Dobrawolae duae eccl., Jałówka, Ciecierow-

na, Grodek, Mostowlany, Nowawola, Potokae duae eccl., Topołany, Topielec, Wasilkow, Białystok, Troscienica, Puchły, Rybały duae eccl., Krzany, Suraż, Knyszyn, Międzyrzec. Smorgoniae duae eccl., Świetlany, Dubotowki, Ruskosiele, Hanuta, Bienica, Zaleśie, Hruzdow, Połoczanka, Horodziłów, Dubina Donbień, Wołożyn, Bakszty duae eccl., Juraciszki, Traby, Michałów, Olszany, Krewo, Sławieńsk, Mysz, Łosza, Horodki, Zabrzezie, Iżany, Spiahła, Zanarocza, Wilno, Kierdejow, Lubcza duae eccl., Wsielub, Mikołajew, Podbrzeź, Sienna duae eccl., Szczory, Korelicze, Bierożowice, Połužany Siemiere, Poczapow, Źeleznica, Sworotowka maior et minor, Okołowicze, Solatycze, Niechniewicze duae eccl., Ruta, Wołkowicze, Nańków, Turzec, Nowogrodek —duae eccl., Serwecz, Rajczany, Miratyce, Walowka — duae eccl., Poruczany, Stołowicze, Horodyszcze, Soczewka, Kroszyn, Odachowka, Czernichowo, Mysa, Jastrzębka —duae eccl., Łucko, Wiedźma, Narucewicze, Snów, Łysica, Dołmatow, Cyryn, Kolpienica, Połonka, Ostrowiec, Lipowo duae eccl., Żuchowicze maiores et minores, Łukowy Borek, Swierżeń duae eccl., Załuże, Horodzieja superior et inferior.

Ecclesiae gr. Uniti ritos in dioecesi Pinscensi, quae completabatur Pinsensem, Mozyriensem, Rzeczyciensem, Sluciensem et partem Kobrynenensis districtus: Pińsk, Leszcz, Terebień, Morowin, Chojno, Łopatyń, Lemieszewicze, Welatycze, Ostrowiec, Žydze, Pohost, Rzecza, Ostrowa, Žodkinie, Nimkowice, Wilczówka, Iwanczyce, Starokonie, Radczyce, Horodna, Przywitówka, Chrapiń, Kutań, Łoknica, Moroczna, Syncze, opp. Nobel 2, Newel, Sienniechowicze, Berezna, Terebczew, Smorodź, Cmień, Uzdybor, Struha, Buchliszcze, Matkowa, Kuchcze, Pożoch, Sutczé, Kochocka wola, Dubienice, Burzyń, Želežnica, Czerniszcze, Pniowo, Bereznica, Uchryniscze, Bychów, Dorowek, Lubiaż 2, opp. Lubieszów 2, Dolsk, Mochrze,

Lachowicze, Potapowicze, Dostojew, Duboja, Brodnica, Miesiatycze, Kupiatycze, Pinkowicze, Ziabczyce, Stawek, Krzywczyce, Ochowo, Wyszkowicze, Otołoczyce, Parszewicze, Welaśnica, Porzecze, Łahiszyn, Starzyny, Ozarycze, Hlinna, Obrowo, Święta wola, Bobrowicze, Telehany, Wychowszcze, Kraje, Pohosć, Dobrostawka, Rozdziałowicze, Chotynicze, Dubnowicze, Porochońsk, Stoszna, Wyłazy, Chorostów et Stolin.

Anno sequenti dioecesis nostra suppressa et Liveniansi dioecesi adiecta fuit... Vox in litvania audit a est: dioecesis nostra deplorans pastorem neeatum, infantes oppressos et ignominiam suam. Facta est quasi vidua, domina gentium. Lacrimae eius in maxillis eius, quia vidit desolationem suam et futurum martyrium. Amici eius spreverunt eam; inimici iusultabant dicentes: haectine urbs fortitudinis! ubinam fortes tui, decor et splendor tuus: ubi est Deus tuus! Opprimamus eam, quia arguebat vias nostras...

Ulterioro anno sequenti.

List Pasterski.

1) Ignacy Jakub Xsiążę Massalski z Bożey y stolicy apostolskiej łaski biskup wileński. Wszystkim wiernym Chrystusowym djecezji naszej wileńskiej pasterskie błogosławieństwo. Otrzymaliśmy temi czasy od powszechnego wiernych Chrystusowych Ojca y Pasterza szczęśliwie kościołem św. rządzącego Piusa VI list okolny, który wam, najmilsze w Chrystusie dzieci do wiadomości podajemy. Osnowa jego jest taka: Pius Papież VI. Wielebny bracie, zdrowie y apostolskie błogosławieństwo. Z miłością ojcowską, którą nie wszystkim wiernym Chrystusowym mamy to najbardziej zgodne być się zdaje, abyśmy wzgląd na ich wygody y potrzeby doczesne mieli, przez które oni do starania się o duchowne czerstwieniey- szemi stawać się mogli: oboje to bowiem tak stanowiono y układano być powinno, aby jedno drugiemu nie przeszkadzało; ale wzajemnym z obydwóch stron pomiarkowaniem, coraz bardziej się natęzało. Przeto lubo apostolskiego urzędu Naszego troskliwość najwięcej się pomnożeniem czci Boskiej i zbawieniem dusz zatrudnia; znamy jednak to dobrze, iż wzmiankowanych rzeczy nie zaniedbywając, w potrzebach doczesnych nie tylko przeszkode, jeżeli jakie są odwracać, ale też ile możliwości różnemi sposobami pomagać im możemy. Wiadomo jest iż Benedykt Papież XIV jeden z najmędrzzych poprzedników naszych temi powodami pobudzony. przychylając się do prośb niektórych królów y biskupów pozwolił, aby wierni miast i djecezji w niektóre dni święte zachowując post w wigilie tychże świąt nakazane y wysłuchawszy tylko w też dni święte Mszy św.,

aby ciż wierni Chrystusowi koło rzemiosł swoich robić i ręcznemi pracami, tak jak w dni powszednie zabawiać się mogli; lecz z tego pozwolenia takie potym wynikające, jakieśmy się dowiedzieli, postrzeżono skutki, iż jedni robotą swą zbyt zaprątani przykazania słuchania Mszy św. zupełnie zaniedbywali, inni zaś pretext biorąc z obowiązku zostawionego poszczenia wigilii i słuchania Mszy św. w dni święte, żadną się pracą zatrudniać niechcąc próżnowaniem się bawili. Nieprzyzwoitości te znając naymilszy w Chrystusie syn nasz Najjaśniejszy Stanisław August któl polski z pobudek prawdziwej a niezmyślonej pobożności zapobiedz im teraz umyślił; przeto usilnie swoim y Najjaśniejszej rzeczypospolitey na ostatnim walnym seymie zgromadzonych stanów imieniem u nas dopraszał się, abyśmy tychże wiernych Chrystusowych od przykazania poszczenia y słuchania Mszy św. w dni te, w które się im pracować pozwala apostolską władzą i powagą uwolnili My więc za sprawiedliwą rzecz sądząc, abyśmy się do żądania jego przychylili i ludu wiernego sumieniu dogodzili, tobie, wielebny bracie, zlecamy i nakazujemy, abyś w mieście twym djecezji twojej prawo to o świętach, które dojrzała rada y po doskonałym rozmyślaniu się y wszystkich okoliczności przetrzaśnieniu, wszystkim wiernym Chrystusowym obrądku łacińskiego w wspomnianym mieście y djecezji twej będącym powagą apostolską oznajmił y opowiedział; to jest: niech będą zachowane y święcone dni Zmartwychwstania Pańskiego, czyli Wielkieynocy z następującym t. j. poniedziałkiem, Zielonych świątek także z następującym dniem t. j. poniedziałkiem y inne w przeciągu roku niedziele, jako też Narodzenie Pana naszego Jezusa Chrystusa, Obrzezania, Trzech królów, wniewbowstąpienia y Bożego Ciała; tudzież pięć dni uroczystych Najśw. Maryi P., t. j. Oczyszczenia czyli Gromniczney, Zwiastowania, Wniebowzięcia, Naro-

dzenia y Poczęcia. Prócz tego niech będą rachowane dni święte świętych apostołów Piotra i Pawła, Wszystkich świętykh, Św. Szczepana pierwszego męcennika y jednego tylko szczególniejszego patrona; lecz jeśliby się gdzie kilku patronów święta, równie uroczyste znalazły, trzeba, wielebny bracie, żebys się pilnie wywiedział, który z wspomnianych uroczystych patronów w większey czci y poszanowaniu jest w tym mieście, miasteczku, lub wsi; i tego tylko patrona dzień święty za uroczysty wyznaczysz. W te tedy uroczyste dni święte podług dawney kościoła katolickiego ustawy. wierni Chrystusowi Mszy św. słuchać, od prac ręcznych wstrzymać y post w wigilie do nich, jeżeli je mają, zachować powinni są i obowiązani; w inne zaś święta nie tylko rzemiosłami i innemi ręcznemi pracami zatrudniać y zabawiać się pozwalamy; ale nadto tychże wiernych Chrystusowych od wszelkiego wigilii czyli postu w dni poprzedzające (byle ten z innych miar, lub z racyi wielkiego postu, lub suchych dni nie był nakazany) i słuchania Mszy św. w rzeczone dni i obowiązku uwalniamy. Ponieważ jednak, lubo ludu wiernego sumieniu folgę czyniemy y tym, którzy w pocie czoła swojego na kawałek chleba zarabiają niedostatko wi niejako pomoc chćemy: jednakże czci świętych y zbawienney wiernych Chrystusowych pokuty zmniejszyć bynajmniej nie myślemy; przeto, ażeby tychże świętych y świąt offcia, czyli pacierze kapłańskie y Msze św., tak w czasie tych uchylonych teraz uroczystości, jako i wigilie ich jak dawniej odnawiane i odprawiane po wszystkich kościołach bywały, przykazujemy, aby też post św., który w rzeczone wigilje zachowany być miał na środy i piątki adwentowe był przeniesiony, nakazujemy y stanowiemy. Nadto żeby nie tylko duchowni i możniejsi ludzie świeccy, którzy w dni nawet nie święte na Mszy św. y obrzędach kościelnych (czego usilnie żądamy) być

moga; ale też i ci, którzy rolnictwem zatrudnieni będąc w dni tylko święte do kościoła uczęszczają, św. Apostołów y Męczenników, których wyżey znieśliśmy, pamięć zachowali i szanowali; chcemy y przykazujemy, aby dnia 29 czerwca prócz osobliwszey św. Piotra i Pawła uroczystości, innych także apostołów y dnia 26 Grudnia prócz szczególney św. Szczepana uroczystości i innych świętych Męczenników, pamiątka była obchodzona Przeto 29 Czerwca w kalendarzach kościelnych tak święta opisane być powinno: Św. Piotra y Pawła y pamiątka wszystkich apostołów y tak na pacierzach kapłańskich jako we Mszy św. dodano być powinno Commemoratio de communi apostolor. Dnia zaś 26 Grudnia tak niech będzie wpisano Święto św. Szczepana pierwszego męczennika y pamiątka wszystkich św. Męczenników, y tak w pacierzach kapłańskich jako we Mszy św. dodano być powinno: Commemoratio de communi plurimor. Martyrum. To my, wielebny bracie, mając wzgląd nie mniej na duchowny, jako y doczesny ludu tego pożytek ustanowić za rzecz potrzebną osądziliśmy ufając troskliwyści y pasterskiew czuyności twojey, iż temu przez usilność y staranie zaradzisz, aby się nie zdało jako cześć Boska umniejszona była, lecz im mniejsza jest teraz ustanowiona dni świętych liczba tym większa niech będzie w umysłach wiernego ludu pobożność, gorliwość i nabożeństwo. Usilnie zatem żądamy u ciebie, wielebny bracie, w panu upominamy, aby się silnie starał o nauczanie ludu tobie powierzonego, co do sprawiedliwego y prawego dni świętych obchodzenia należy z jaką pokorą y gorącością ducha podczas Najśw. Ołtarza ofiary być przygotowanemi, z jaką usilnością uczęszczać na obrządki kościelne, kazania y nauki chrześcijańskie powinni, aby w te dni serca wiernych piękniństwem i obżarstwem obciążone nie były y światowemi nie zaprzatały się troskliwościami tudzież

o oddaleniu z publicznych miejsc wszelkich światowych, bezprawnych i mniey pobożnych widowisk, a przysposobienie takich, któreby do wzbudzenia nabożeństwa y pobożnych myśli pomocne być mogły, starać się jak najusiłniej będziesz. Tego wszystkiego od znajomey nam dobrze pasterskiej twojej pilności zapewne się spodziewamy: mimo jakichkolwiek bądź apostolskich y uniwersalnych, lub prowincjonalnych, albo synodalnych zborów, generalnych lub partykularnych ustaw i rozrządzeń cokolwiek inaczey stanowiących. Dan w Rzymie u Ś. Piotra pod pierścieniem rybaka dnia 23 Maja 1775 papiestwa naszego roku pierwszego“.

Widzicie w tym liście naymilsze dzieci, myśl y wolą powszechnego pasterza Kościoła św. y na wasze doczesne potrzeby czułego y o duchownych troskliwie zarządzającego. Do tego świętobliwego y oycowskiego zamysłu y my się nakłaniając list ten i zamknięte w nim rozządzenia z należytym uszanowaniem przyjęliśmy y aby w djecezji naszej po wszystkich kościołach, tak świeckich, jako y zakonnych, wiernie wykonane było nakazujemy. Żebyście zaś zbytnemi powierzchownego nabożeństwa praktykami nie będąc roztargnieni, do prawdziwego y grutownego większy pohop y sposobność mieli, mocą urzędu naszego y jako od stolicy świętey (ile tego potrzeba wyciąga) delegowani, następujące rozporządzenie czyniemy i aby od wszystkich wiernych y Duchowieństwa, tak świeckiego jako i zakonnego, jakiejkolwiek reguły y instytucji po ogłoszeniu tego listu, wiernie wykonane były, przykazujemy:

Najprzód: zostawując bractwa po różnych kościołach świeckich y zakonnych założone w stanie niniejszym, w którym się znaydują zakazujemy publicznego dyscyplinowania się y ubierania się, jak mówią w kapy, tak w wielki post jako y we dni

uroczyste lub powszedne w kościołach, kaplicach i innych miejscach, gdzie wierni na nabożeństwo zgromadzać się zwykli, także podczas procesyj publicznych, nieszporów, konduktów pogrzebowych, a tym więcej wtenczas, kiedy straszliwa tajemniça Mszy św. sprawuje się, jako nieprzyzwoitego poszanowaniu miejscom świętym przeszkode czyniącego wstyd i ludzkości rażącego.

Powtóre: zabraniamy obojej płci osobom gromadnego pielgrzymowania, albo (jak je nazywają) kompanii z miast, miasteczek y wsi jednych do drugich z okazyi odpustów, albo cudownych obrazów, jako podlegających wielu nieprzyzwoitościom, które świętości i religii naszey uwłaczają. Oznaymujemy to jednak wszystkim y pasterskim affektem upomnamy, ażeby obrazy św. szanowali y odpustów na pomoc swoją zbawienną używali.

Po trzecie: nie naruszając odpustów od stolicy św. na oktawy, nowenny, septenny, quinquenny y tym podobne pozwolonych (byleby tylko te odpusty jako być powinno od stolicy naszey ordynaryjney przyznane były), zakazujemy w dni pomienione, tak między oktawą infra octavam, jako i w same oktawy, nowenny, septenny, quinquenny y inne podobne wystawowania Najśw. Sakramentu y kazań do ludu; a to po wszystkich kościołach dyecezyi naszey, tak świeckich, jak y zakonnych, nawet i w samym naszym kościele katedralnym. Oktawa Bożego Ciała podług dawnego zwyczaju odprawiać się będzie.

Po czwarte: Ponieważ Ojciec św. pozwolił nam jednego z przedniejszych patronów królestwa wybrać y jego święto uroczyście obchodzić; więc my za takiego patrona obraliśmy św. Kazimierza, Królewicza Polskiego, y aby uroczystość jego w całej dyecezyi zachowana była przykazujemy.

Wy zaś, pracownicy pracy naszej w winnicy Chrystusowej, Kapłani mianowicie z urzędu swego o duszach staranie mający, biercie ztąd okazją do przekładania wiernym władz kościła Chrystusowego w naznaczaniu świąt, lub onychże zmieyszaniu y stanowieniu praw ściągających się do Religii y przyzwoitey Boskiemu Majestatowi uczciwości. Czyńcie pilną reflexią na prawdziwego ducha kościoła Chrystusowego w ustanowieniu świąt, obrządków y nabożeństwa y onego wiernym ukazujcie, przykładajcie im y onych nauczajcie, na czym dni święte pożytecznie trawione być powinne. Odradzajcie od występków w takowe dni najczęstszych. Wzniecacie chęć do pożytecznej w dni powszednie pracy y usiłujcie zupełnie w tym przekonać wiernych, że jako pożyteczna praca jest źródłem uszcześliwienia ich doczesnego, tak ze względem na Boga podjęta, jest sposobem skutecznym unormowania się rozlicznych występków, jedną z miłych Bogu ofiarą y drogą naybezpiecznejszą do błogosławieństwa wiecznego. Tego zaś nauczywszy List niniejszy cały ludowi w niedzielę lub inne święta uroczyste na nabożeństwa zgromadzonemu z ambony głośno przeczytajcie y wolą oyca św. jako też y naszą tu wyrażoną ogłosicie y do naydoskonalszych wiadomości podajcie trzy razy przynymniet lub więcej, jeżeli tego potrzeba, czytanie powtarzając w święta lub niedziele po sobie następujące. Żeby zaś rzecz jak naylepiej roaporządzona była chcemy, ażeby po całej deecezyi naszej jednegoż czasu zachowanie y pełnienie tego wszystkiego, co w niniejszym liście jest wyrażono, początek swój wzięło; dla tego czas, od którego takowe zachowywanie y pełnienie zacząć się ma, czyli termin exekuci naznaczony święto blisko następujące Bożego Narodzenia, roku teraźni^{ysz}ego, a tak święto św. Jana Apostoła

i Ewangielisty już nawet ani tego roku w całej
Dycezyi naszej święcone nie będzie. Po ogłoszeniu
zaś z ambon kościelnych List niniejszy niechay
wszędzie do drzwi kościelnych przybity będzie etc.

Dan w pałacu naszym Werkowskim dnia 30
Siępnia Roku 1775. Ignacy Jaknb Xsiąże Massalski
biskup wileński.



ODMIANY KSIĘŻYCA NA R. 1907

	Styczeń.	Luty.	Marzec.	Kwiecień.
● Nów	d. g. m. 1 8 27 r.	d. g. m. —	d. g. m. 1 8 35 r.	d. g. m. —
▷ 1-sza kwadra . .	8 11 12 r.	7 7 5 r.	9 3 40 n.	7 11 8 w.
⌚ Pełnia	16 4 15 d.	15 8 53 r.	16 10 15w.	15 8 35 r.
⌚ Ostatnia kwadra	24 3 22 n.	22 11 12 r.	23 5 51 d.	22 12 24n.
● Nów	30 8 13 w.	—	30 9 36 w.	29 11 30r
	Maj.	Czerwiec.	Lipiec.	Sierpień.
▷ 1-sza kwadra . .	d. g. m 7 3 58 d.	d. g. m. 6 5 25 n.	d. g. m. 5 3 42 d	d. g. m. 3 11 36 w.
⌚ Pełnia	14 4 48 d.	12 11 57w.	12 7 00 r.	10 2 45 d.
⌚ Ostatnia kwadra	21 7 50 r.	19 5 4 d.	19 4 56 n.	17 7 58 w.
● Nów	29 2 20 n.	27 5 47 d	27 9 07 r.	25 11 34w.
	Wrzesień.	Październ.	Listopad.	Grudzień.
▷ 1-sza kwadra . .	d. g. m. 2 6 10 r.	d. g. m. 1 12 32 d.	d. g. m. —	d. g. m. —
⌚ Pełnia	9 12 04 n.	8 11 47 r.	7 2 35 n.	6 8 25 w.
⌚ Ostatnia kwadra	16 2 07 d.	16 10 22 r.	15 6 51 r.	15 1 41 n.
● Nów	24 12 51 d.	24 1 09 n.	22 12 53 d.	22 12 14n.
▷ 1-sza kwadra . .	—	30 7 45 w.	29 4 46 n.	28 4 23 d.

WSCHÓD I ZACHÓD SŁONCA W 1907 ROKU.

Miesiąc i dzień		Wsch. o godz.	Zach. o godz.	Miesiąc i dzień		Wsch. o godz.	Zach. o godz.
Styczeń	1	8.08	4.11	Lipiec	2	3.56	8.15
"	8	8.01	4.22	"	9	4.05	8.06
"	15	7.52	4.35	"	16	4.15	7.56
"	22	7.41	4.48	"	23	4.26	7.45
"	29	7.28	5.01	"	30	4.37	7.31
Luty	5	7.14	5.15	Sierpień	6	4.49	7.17
"	12	7.00	5.28	"	14	5.01	7.02
"	19	6.44	5.41	"	20	5.12	6.46
"	26	6.28	5.54	"	27	5.24	6.30
Marzec	5	6.12	6.06	Wrzesień	3	5.36	6.13
"	12	5.55	6.18	"	10	5.47	5.57
"	19	5.39	6.31	"	17	5.59	5.40
"	26	5.22	6.43	"	24	6.11	5.24
Kwiecień	2	5.07	6.55	Październik	1	6.24	5.08
"	9	4.51	7.07	"	8	6.36	4.53
"	16	4.37	7.19	"	15	6.49	4.38
"	23	4.23	7.31	"	22	7.02	4.25
"	30	4.11	7.42	"	29	7.15	4.12
Maj	7	4.00	7.53	Listopad	5	7.28	4.02
"	14	3.51	8.03	"	12	7.40	3.54
"	21	3.45	8.12	"	19	7.51	3.48
"	28	3.40	8.18	"	26	8.00	3.44
Czerwiec	4	3.39	8.22	Grudzień	3	8.07	3.44
"	11	3.39	8.24	"	10	8.12	4.46
"	18	3.43	8.24	"	17	8.14	3.51
"	25	3.48	8.21	"	25	8.12	4.10